Vidi(inquit) ſeptē cādelabra aurea: ⁊ in medio ſeptē cādelabroꝝ aureoꝝ/ ſimilē filio hoīs veſtitū podere. Per iſta ſeptē cādelabra intelligi pñt ſeptē diacones: īter quos fuit electus btūs ſtephanus. vel ſeptē dona ſpūſſancti: in quoꝝ medio ſtetit martyr iſte. vel pñt intelligi ſeptē ſocie vel filie charitatis: q̄ ſunt patientia/ benignitas/ cōpaſſio/ veritas/ fides/ ſpes/ pſeuerātia. Iſte ſimilis filio hoīs in multis videlꝫ xp̄s orauit ꝑ crucifixoribꝰ. ſtephanus orauit ꝑ lapidātibus. xp̄s primus reſurrexit: ſtephanus ꝓtomartyr primus in celū aſcēdit coronatꝰ. xp̄s deſcendit angelis lectātibus: ſtephanus aſcēdit iudeis lapidātibus. xp̄s in terris pannis inuolutus: ſtephanus in corio ſtola immortalitatis indutus. Vidit ergo btūs Johānes ſeptem cādelabra: ⁊ in medio ſimilē filio hoīs veſtitū podere. Poderis eſt veſtis ſacerdotalis: que cooperit totū corpꝰ: qualis veſtis eſt charitas: q̄ operit multitudinē pctōꝝ. j. Petri. iiij. q̄ fuit magna in martyre iſto. nēpe ꝑ ſe orauit. ſcdō ꝑ inimicis vere genibus flexis. magna charitas. In ſignum ꝙ plꝰ valet apud deū orō facta ꝑ alio: ꝙ orō fctā ꝑ ſe: ꝓſertim illa q̄ facta ē ꝑ īimico: qm̄ illa procedit ex maxima charitate.

¶ Scdā veſtis ⁊c̄. virginitas veſtis candidiſſima: qua angeli induūtur. In ſignum huiꝰ apparuerūt in aſcēſione dn̄i in veſtibus albis. Act. j. Iſtū martyrē ſic indutū vidit Daniel. x. ſui libri. Leuaui oclos meos: et vidi. ⁊ ecce vir vnus veſtitus lineis: et renes eiꝰ accincti auro obrizo: ⁊ corpus eiꝰ quaſi chryſolitus: ⁊ facies eiꝰ velut ſpecies fulguris: ⁊ oculi eiꝰ vt lāpas ardēs: ⁊ brachia eiꝰ/ et q̄ deorſum ſunt vſqꝫ ad pedes/ quaſi ſpecies eris candētis: ⁊ vox ſermonis eiꝰ vt vox multitudinis. Iſte martyr dicit̄ vir: quaſi virtuoſus vir ī multis. Iſta oīa apparent vera legēti. videlꝫ

In tolerantia aduerſorum.
In correctione malorum.
In curatione infirmorum.
In operatione miraculorum.

Et martyriū huiꝰ ſctī induti lineis. Per lineā veſtē intelligit̄ virginitas qua veſtitꝰ fuit iſte martyr in ſignū virginitatis ſue. Per ſctōs aplos fuit ad mulierū cuſtodiā deputatꝰ. Hiero. in quadā epla. Virginitas purpura regalis: qua q̄ indutꝰ fuerit: cūctis amātior erit, nō ſolū eſt veſtis: īmo eſt gēma ꝑcioſa: theſaurꝰ incōparabilis: cōformitas angeloꝝ: ſtella ſplēdida: corona virginū: victoria beatoꝝ: vita angelica magis ꝙ humana: aurū obrizū iō. ⁊ ſequitur. et renes eiꝰ accincti auro obrizo. Irē iſtā precioſam virtutē depingit fulgētius ad modum mulieris pulcherrime coronate: q̄ veſte alba induta erat. Pulcherrima virtꝰ in conſpectu dei virginitas. Amb. li. de virginitate. Pulchritudinē maiorē q̄s eſtimare pōt decore virginitatis: q̄ amat̄ a iudice: decorat̄ a dn̄o: cōſecratur a deo. Nēpe virgines in veſtibus albis ſequunt̄ agnū quocunqꝫ ierit. ⁊ cātant canticū qd̄ nemo niſi virgines cātare pōt. ſequit̄. Corpus eiꝰ quaſi chryſolitus. Iſte lapis valet cōtra timorē. depellit melācholiā: ⁊ iuuat intellectū. Talis fuit iſte martyr: qm̄ ipſe nō timuit tormēta. ipē totaliter depoſuit irā atqꝫ vindictā. ⁊ intellectus eiꝰ fuit ſapiētia plenꝰ: intātū ꝙ aduerſarij nō poterāt ſapiētie ⁊ ſpūi qui loquebat̄ reſiſtere. Oculi eiꝰ vt lāpades ardentes. Iſti oculi deſignāt clarā ⁊ limpidā viſionē: qm̄ vidit ieſum ſtantē ad dexterā dei/ tanꝙ paratū adiuuare: īmo ⁊ recipere cōſummato martyrio. vñ Aug. in ſermone. Vidit (inquit) abraā deū ⁊ gauiſus eſt. vidit moyſes deū in mōte ſinai in igne. Vidit eſaias dn̄m ſedentē ſuꝑ ſoliū ⁊c̄. Vidit ezechias deū ſuper cherubin motu lōge. clarius vidit ſtephanꝰ: qm̄ vidit celos aꝑtos: ⁊ ieſum ſtātē a dextris dei. Vox eiꝰ quaſi aquarū multarū. vox ſue ꝑdicationis. vox ſue increpationis: qr increpabat iudeos. vox ſonoroſa. vox aquarū multarū: qua multos īcrepauit iudeos. Dura (inq̇t) ceruice ⁊ incircūciſi cordibꝰ et auribꝰ: vos ſemꝑ ſpūiſancto reſtitiſtis. ⁊ fremebāt in eū: ſed ipē fortis colūna velut arbor que alta radice fundata: vētis irruentibus nō mouet̄. veſtitꝰ ergo veſte lineali.

¶ Tertio veſtitꝰ ē veſte militari. veſte purpurea cōſummati martyrij: qr d̄r ꝙ veſtitꝰ erat veſte aſꝑſa ſanguīe. ⁊ iſtud fuit ſcdm. Per ſanguinē martyrium pōt merito deſignari: qm̄ ſanguis nō extrahit̄ de corpe ſine pena: ⁊ ī martyrio d̄r eē pena. de iſto ſāguine Gen. iiij. Vox ſanguinis clamat ad me de terra. Nēpe effuſio ſanguīs crudelis ⁊ īiuſta clamat ad iuſticiā ⁊ vīdictā: ad cuiꝰ clamorē creator oīm talr excitat̄: ꝙ talis effuſio nō trāſit ſine vīdicta ⁊ vltiōe in

rta illud ps. lxxviij. Ultio ſanguis ſeruorū tuorū q̄ effuſus ē ⁊c. Legit̄ i cronicis/ꝙ ꝓpter ſanguinē xpi effuſum principal'r: ⁊ ꝓpter ſanguinē ſctōꝝ iacobi ⁊ ſtephani: qui fuerūt de primis q̄ ſanguinē fuderūt: ciuitas hierl'm fuit penit⁹ deſtructa ⁊ captiua taliter ꝙ ē qdā aīal crudele vocatū harpya hñs q̄ſi faciē hoīs: qd cū hoīem occiderit: tādē vadēs ad fontē vidēs vultum ſuū in fonte/ſimilē illi quē occiderit: tātū dolet ꝙ morit̄ pre dolore. ¶ Juxta articulū iſtū mouet̄ qō. q̄s fuit pm⁹ martyr. Rñdet̄ ꝙ ſi loq̄mur de pma lege. i. de lege nature/ prim⁹ martyr fuit abel: quē cayn frater ſu⁹ occidit. i lege moyſi machabei. i lege euangelica iohānes baptiſta. ¶ Scōa qō q̄re ſtephan⁹ vocat̄ prim⁹ martyr. Rñdet̄ ꝙ pm⁹ q̄ mortu⁹ eſt poſt paſſionē xpi ꝓ fide. ⁊ qui ſic moriunt̄ ſunt veri martyres. iohannes mortu⁹ eſt ꝓ iuſticia. Scōa rō: q̄r btūs ſtephan⁹ fuit pm⁹ q̄ poſt martyriū īgreſſus ē paradiſuꝫ. ſctūs iohānes poſt martyriū deſcēdit ad limbū. De pmitate iſti⁹ martyris loquit̄ btūs Aug. i ſermo. Miles xpi fidelis primitiu⁹ martyrū feruēs poſt xpm pm⁹ martyralē candidā ſtolā meruit: ſecut⁹ eſt dñm xpm: ⁊ iō martyrij meruit pncipatū. q̄cūqꝫ feſtinat por ꝓ dño mori: prior deſiderat coronari.

Secunda pars.

¶ Ultimū principale/ꝙ iſte fuit militie xpiane viril'r preſtās ducatū: q̄r exercit⁹ q̄ ſunt i celo: ſeq̄bant̄ eū. Jn celo empyreo multi ſunt exercit⁹. Nēpe exercit⁹ apl'oꝝ ſequitur iſtū martyrē tāq̄ eorū primariū. Exercit⁹ martyrū ſequit̄ ipm tāq̄ ipoꝝ vexillariū. Exercit⁹ cōfeſſoꝝ ſeq̄tur eū/tāq̄ pdicatorē eximiū. Exercit⁹ virginū ſequit̄ ipm/tāq̄ caſtū et vultū habētē ꝟgineū. Prim⁹ exercit⁹ ⁊c. vñ Aug. i ſermo. Ueneremur fratres chariſſimi beatū ſtephanū martyrē pmū: q̄ poſt apl'os ē ordinat⁹: ſꝫ añ apl'os coronat⁹. fact⁹ ē prim⁹ q̄ videbat̄ diaconus in eccl'ia ſcito ordine eſſe poſtrem⁹. Ergo dicāt oēs apl'i. paſſus eſt ꝓ nobis: nobis relinq̄uēs exēplū vt ſequamur veſtigia ei⁹. Jtē exercit⁹ martyrū vexillari⁹ in exercitu cāpali acie antecedit iſte valēs eſt. Merito ergo multitudo magna ſequebat̄ eū: q̄r videbāt ſigna que faciebat. Job. vj. Multitudo martyrū magna eſt q̄ ſecuti ſunt eū: q̄r viderūt ſigna. Tertio cōfeſſores ſequunt̄ iſtū ſicut diſcipuli magiſtrū ⁊ doctorē ſuū. Luc. xxij. Secuti ſunt eū diſcipuli ei⁹. Ultimo ꝟgines ſecute ſunt eū et vidue mulieres: vt accedat thema: Exercit⁹ q̄ ſunt in celo ſequebātur eū in equis albis veſtiti byſſino albo ⁊ mūdo. Sequamur ergo nos et imitemur qd colim⁹: ⁊ diſcam⁹ inimicos diligere: et cū deuotiōe ei⁹ natalē diē celebrem⁹ quaten⁹ ipe ꝓ nobis īterccdat ad dñm ieſum xpm: qui viuit ⁊ regnat ⁊c.

¶ Jn feſto ſcti ſtephani ꝓtomar. Ser. ij.

Faciebat pdigia ⁊ ſigna magna i ppl'o. Act. vj. Jn ſacra ſciētia reperiūtur ſigna in triplici differēcia. vtpote

Signa diſcretiua: q̄ electis apponuntur.
Signa directiua: que cūctis oſtēduntur.
Signa curatiua: q̄ ab īfirmis appetunt̄.

Prima pars.

¶ Prima ſigna ⁊c. Probat experiētia clara. due acies cōtrarie armate q̄n debēt ingredi cāpale bellū: aſſumūt varia ſigna ſibi: q̄ten⁹ ab īuicē diſtinguant̄. Nēpe vna acies recipiet crucē rubeā ꝓ ſigno. ⁊ alia acies crucē albā. Jſta experiētia ꝓbat̄ p ſcripturā q̄ hr̄ Nūe. ij. vbi legit̄ ꝙ dñs locut⁹ eſt moyſi ⁊ aaron q̄ten⁹ diuiderēt ppl'm p ſigna atqꝫ vexilla etiā p domos cognationū ſuarū. Moral'r iſta ſigna reperio diſcretiua in toto ppl'o toti⁹ mūdialis machine cōſtituto. Signa quidē q̄bus diſtinguunt̄. prima ſigna ⁊c.

Fideles ab infidelibus.
Penitentes a peccatoribus.
Martyres a confeſſoribus.
Uirgines ab hoībus immundis.
Scientes ab ignorantibus.
Deuoti a negligentibus.
Subditi a preſidentibus.

¶ Jn antiq̄ lege fidelis diſtīguebat̄ ab īfideli p circūciſionē q̄ fuit pmo data abrae fideliſſimo ī ſignū. de q̄ Gen. xvij. Circūcidetis carnē pputij vrī vt ſit ī ſignū federꝭ inter me ⁊ vos. ⁊ ī lege euāgelica illud ſignū ē baptiſm⁹. Quapropter loquit̄ apl's baptizatis Ephe. ij. Jn q̄ credētes ſignati eſtis. Jſto ſigno fuit ſignat⁹ btūs ſtephanus tripl'r: vtpote baptiſmo aque: baptiſmo ſanguinis p martyriū. baptiſmo etiā

ſpiritusſancti per gratiam/qua fuit plenus. nā ſcriptū eſt. Stephan⁹ plenus gratia ₇c. ¶ Signant penitētes. iſtud ſignū penitētie eſt ſignū thau. vbi ſunt tres anguli: ſicut in ſacramēto penitētie ſunt cōfeſſio/ cōtritio/₇ ſatiſfactio. de iſto ſigno habet Ezech. ix. vbi legit ꝙ gemētes fuerunt ſigno thau cōſignati et illi fuerūt reſeruati ad vitā. ¶ Itē martyres ſignati ₇c. Iſtud ſignū fuit charitas in ſummo: ꝓpter quā martyres dederūt vitam ſuā. i. vitā expoſuerūt morti. ſcriptū eſt Io. xv. ꝙ maiorē charitatē nemo hȝ ꝗ̄ vt aīam ſuā ₇c. qualem charitatē habuit iſte martyr: ₇ apparet in hoc ꝙ orauit genib⁹ flexis ꝓ inimicis. et ꝓceſſit ex tanta charitate illa orō: et fuit ſic grata deo: ꝙ eius virtute paul⁹ qui erat inimic⁹: factus eſt amic⁹. ꝗ erat infidelis: factus eſt fidelis. qui erat perſecutor: factus eſt predicator. ꝗ erat lupus: factus eſt ouis. qui erat vas contumelie: factus eſt vas electiōis. dicit btūs Aug. ꝙ ſi ſtephanus nō oraſſet: eccl'ia paulum nō habuiſſet. de iſto ſigno ſctōꝝ martyrū: qm̄ de quolibet ſcriptū eſt. Corona aurea ſuper caput eius expreſſa ſigno ſanctitat₰ gloria honoris et opus virtut₰. Ecci. xlv. ¶ Itē virgines ſignate ₇c. ſignuȝ virginitatis hortus ꝯcluſus: fons ſignat⁹. Cant. iiij. de quo ſigno Deuter. xxij. Si duxerit vir vxorē ₇c. ₇ poſtea dimiſerit eā dicens nō inueniſſe virginē: tollēt eā pater ₇ mater eius: et ferēt ſecum ſigna virginitatis ei⁹ ₇c. Et dicet pater. Ecce hec ſunt ſigna virginitatis filie mee. Iſte martyr iſto ſigno dicit conſignatus. in hui⁹ ſignū creatus fuit in cuſtodiā mulierū: exiſtens de nūero illoꝝ ꝗ cū mulierib⁹ nō ſunt coīquinati: ꝟgines em̄ ſunt. Apoc. xiiij. ¶ Itē ꝑ ſignū diſtiguunt ſciētes ₇c. ſignū h̄ eſt ſapiētia dei: de ꝗ̊ ſigno Eccl'i. j. In theſaur₰ ſapiētie ſignificatio diſciplīe. Iſta ſapīa ſignati fuerunt doctores et predicatores ſancti: nō ſapiētia terrena carnali ₇ diabolica ſeu animali: qm̄ iſte ſapientie non ſunt deſurſuȝ: ſed fuerūt ſignati dei ſapiētia: que eſt donū ſpūſſancti. ſingulariter iſte martyr: cui nō potuerūt reſiſtere aduerſarij diſputātes cum eo. Iſtud ſignuȝ ſagittauerūt iudei triplici modo

Contra eū diſputando.

Falſos teſtes producendo.

Et martyrium inferendo.

Ipſe etiā triplici modo eos examinauit ₇ de ipſis mirabiliter triumphauit: vtpote/pudore/timore/₇ amore.

Primo pudore per hūc modū. Uos ſemꝑ ſpirituiſancto reſtitiſtis ſicut patres vr̄i.

Siquidem ipſi patres

Spirituiſancto reſtiterunt.

Prophetas perſecuti ſunt: et eos finaliter occiderunt.

Item poſtmodū voluit eos corripe timore: cū dixit ſe videre ieſuȝ ſtantē a dextris dei: quē ait paratū martyrē iuuare: et lapidātes condēnare. Itē poſtmodū amore/ inquātū orauit ꝓ ipſis. ¶ Item ſigna ſunt ꝗbus diſtiguunt deuoti a negligētibus. iuſti ab īpijs. miſericordes a cupidis hūiles a ſupbis. qm̄ deuoti iuſti miſericordes humiles ₇ ceteri boni ſignati ſunt ſicut ſerui dei. Signemus ſeruos dei noſtri. Apoc. vij. Secunda pars.

¶ Secundo principaliter fuit dictū/ꝙ ſunt directiua ſigna ₇c. Iſta ſunt vexilla varia: ꝗ p̄cedūt aciē: et ipſaȝ dirigūt: ₇ ad vexilla bellatores attēdūt. de tali ſigno ſeu vexillo hr̄ Hiere. vj. Cōfortamini filij beniamin ī medio hieruſalē: ₇ ſup bethacaren leuate vexillū ſalutifere crucis xp̄i. de ꝗ̊ ſigno Eſa. xj. Erit radix ieſſe. et īterp̄tat incēdiū maxīe charitat₰. Iſtud ſignū p̄cedet xp̄ȝ veniētē ad iudiciū. qm̄ ſcriptū ē. Hoc ſignū cruc₰ erit in celo: cū dn̄s ad iudicādū venerit. ₇ tūc cōgregabunt oēs cruce ſignati iux̄ illud Eſa. xj. Leuabit dn̄s ſignū in natiōes ₇ cōgregabit ꝓfugos iſrl'. Iſtud vexillū portabit ſup ſe vexillari⁹ martyrū ſtephanus coronat⁹: qm̄ ſtephan⁹ interp̄tat corona: vt ſit ille angel⁹. de ꝗ̊ Apoc. vij. Uidi āgelum habētē ſignū dei viui. Iſte angelus btūs ſtephan⁹ angelic⁹ in ꝑſona. Nā viderūt eū tanꝗ̄ vultū angeli ſtantis inter illos: habentē ſignū ₇ vexillū an̄ oēs alios martyres noui teſtamēti: qm̄ p̄m⁹ martyr. poſtmodū vidit ibidē nūeꝝ ſignatoꝝ: qui ꝑ martyriū ſecuti ſunt eū/iuxta illud Ioh. vj. Sequebat eū multitudo magna qr videbāt ſigna ꝗ faciebat. Attēdam⁹ in his ꝟbis ad exēplar iſtius martyris.

Corda deuia regulari. ſeꝗbatur eum.

Corda frigida iſlāmari. mltitudo magna

Corda obſcura radiari. videbant ſigna.

in beato ſtephano.

Tertia pars.

¶ Ideo ſequitur vt poſt duo ſigna directiua/ſigna curatiua in tertio loco dicamus. Hic hō multa ſigna facit. hoc eſt multa miracula. Joħ.xj. In quibus verbis video in beato ſtephano

Vitam ſingularem.
Actum exemplarem.
Effectum ſalutarem.
Hic homo multa ſigna facit.
Ab imis eleuatur. hic homo.
Miris illuſtratur. multa ſigna.
Magnis collaudatur. facit.
Igitur ad laudem tanti ſancti
Premittat̄ faſtigiū vite ſingulariſ. hic hō.
Subiungatur preconium actus exemplaris. multa ſigna.
Supaddat̄ officiū effectꝰ ſalutaris. facit.

Hic hō tā ſingularis: tā ꝑclarꝰ vexillarius ſanctorū martyrū/tāto fulgore radiauit in amore diuino: vt anteꝙ̄ ꝯſummaſſet martyriū: iā ſupremū patefecit celū. Hic hō tā preclarus. tā excelſus dei athleta. vn̄ ſpū ſctō fultꝰ/caterua virtutū ad ſtadiū certaminis prior exijt. tāto vigore adeptus eſt gloriā: vt ſatiſ cito poſt paſſionē dn̄i nr̄i ieſu xp̄i/ꝑmꝰ acciperet de celo coronā. Sed videamꝰ ſigna q̄ fecit mirāda: ſunt miracula q̄ fecit ī ꝑplo: ſicut refert btūs Aug. lib. xxij. de ciui. dei. c. viij. nā ſuis meritis ſex mortuos legitur ſuſcitaſſe: ⁊ multos a varijs languoribꝰ curaſſe. Primū ſignū ꝙ flores ſup altare btī ſtephani ponebant̄: et īde ablati ſup īfirmos poſiti curabant̄. Scdm ſignū ꝙ pāni eodē modo de altari ſumpti btī ſtephani: et ſup egros īpoſiti: multis extiterūt infirmitatibꝰ medela. De floribus ptꝫ de quadā muliere ceca: quorū florū virtute mulier illa viſum recepit. Itē quidā īfidelis noīe marcialis: nec tn̄ poſſet ꝯuerti ad fidē īfirmꝰ exiſtēs: ⁊ portatꝰ ad eccleſiā ſctī ſtephani: tn̄ ipo neſciente: flores supradicti fuerunt poſiti ſub puluinari lecti in q̊ grauis iacebat: ⁊ cū obdormiuiſſet: ante diluculū clamauit: ⁊ baptiſmū poſtulauit. ⁊ ꝙ̄diu vixit: ſemꝑ hoc verbū in ore habuit. dn̄e accipe ſpm̄ meū. cū tn̄ neſciret ꝙ fuiſſent btī ſtephani vltima ꝟba. Tertiū ſignū de duobꝰ podagris ilico ſanatis. ⁊ de puero quē rota currꝰ oppreſſerat: īmo ipe puer expirauerat: et ſuſcitatꝰ ē; ⁊ mr̄i illeſus redditꝰ ē. Multa q̄dē ⁊ alia ſigna fecit que non ſunt ſcripta. Quaſi in oībꝰ elemētis apparuerūt ſigna ſeu mirabilia vel miracula tāti ſctī. Nā in eiꝰ gl'ioſa īuētiōe terra tremuit. Itē tēpeſtas ī mari ſedata ē ⁊ aer flumina deſtinauit. Itē ignem quē demones excitauerāt: ſctūs ī ipos retorſit. Iſte ſctūs poteſt dici moyſes q̇ fecit ſigna mirabilia in egypto. Pōt etiā dici helias: q̇ amplificatꝰ eſt ī mirabilibꝰ ſuis. q̇ ī vita ſua fecit mōſtra. ⁊ in morte opatꝰ eſt mirabilia. Eccī. xlviij. Sic iſte hō multa ſigna faciebat: ⁊ oñdebat

Signum fidei et credulitatis.
Signum dilectionis et charitatis.
Signum magne caſtitatis.
Signum caſte virginitatis.
Signum mīe et pietatis.
Signum martyrij ⁊ penalitatis.

¶ Primū ſignū ⁊c̄. ꝓ fide ꝑmꝰ martyrizatꝰ eſt. Eſa. lv. Erit noīatꝰ ī ſignū eternū. Itē ſcdm ſignū pro inimicis dr̄ oraſſe. magna charitas fuit. Iſtud eſt ſignū federis poſtq̄ iter deū ⁊ nos. Arcū meū ponā ī nubibus celi: ⁊ erit ſignū ⁊c̄. Gen̄. ix. Tertiū ſignū ⁊c̄. iō corona poſita ē ſup caput eiꝰ expreſſa ſigno ſctītatis. Eccli. xlv. Quartū ſignū ⁊c̄. Iſtud fuit ſignū agnetis virginis qn̄ dixit. Poſuit ſignū in faciē meā: vt nullū preter eū amatorē admittā. Quintū ſignū ī q̊ ſignati fuerūt multi. xp̄s/mr̄ xp̄i ⁊ q̄ſi oēs ſctī. Sextū ſignū in q̊ multa ſigna fecit/iuxta thema. faciebat ſigna. Et nos miſeri q̇d facimꝰ. poterit nobis dicere trinitas btā. Signa nr̄a nō vidimꝰ. ps̄. lxxiij. Et nos cū lamēto poterimus dicere. Nos nati cōtinue defiuimus eē: ⁊ virtutis q̇dē nullū ſignū valuimus oſtendere. Sap̄. v. Ergo moueamꝰ ī nobis ſigna. imitemur ī ſignis qd̊ colimꝰ: q̄tenꝰ meritis eiꝰ ſignari mereamur ī celo: qd̊ nobis ꝯcedat ⁊c̄.

¶ In feſto ſctī ſtephani ꝓtomar. Ser. iij.

STephanus plenus grã ⁊ fortitudine. Act̄. vj. ⁊ in epl'a p̄ntis ſolēnitatis. Honorabiles dn̄i/quia iſtud ē tp̄s ī q̊ ſctā mr̄ eccleſia xp̄i natiuitatē rep̄ſentat: reperio ꝙ de duplici natiuitate ī ſcriptura ſacra fit mētio ſpecialis.

Prima ē tp̄alis/q̄ hō ī hūc mūdū īgredit̄ ad ꝯtinue laborādū. de iſta Sap̄. vij. Ego natus. ſ. in hūc mundū accepi cōem aerē.



myracula eꝰ

ēt Job.v. Homo naſcitur ad laborem.
Scd̄a eſt ſpūalis/qua hō hūc mūdū exit:
et in vita eterna recipiť vbi ſemꝑ gaude-
bit. Job.xvj. Nō meminit preſſure ꝓpter
gaudiū. Suꝑ quo v̄bo declarat Beda/ꝙ
hō naſciť qñ hūc mūdū exit:⁊ eternā vitā
ingrediť. Cui declarationi ꝯcordāt verba
decreti.xxiiij.q.ij.c.ſane.ꝙ mors ſctōꝝ na
talicia vocātur.in glo. Prima natiuitate
ſm eccl'ie rep̄ſentationē/ heri natꝰ ē xp̄s.
Scd̄a v̄o hodie natꝰ eſt ſtephanꝰ ſm ſen
tētiā Fulgētij in ſermo. de btō ſtephano.
Ad hoc natꝰ eſt xp̄s ī terris:vt ſtephanus
naſcereť ī celis. Ut ergo videamꝰ qualiter
iſte ꝓtomartyr in gloria eterna;in qua ho
die naſcitur:eſt.
Propter ſuam dignitatem honoratur.
Propter ſuam pugnam coronatur.
Propter ſuum laborem remuneratur.
Duas cōtēplationes in p̄ſenti ꝑtractabo
ſm thematis duas ꝑtes. Preponētur em̄
due q̄ſtiones in duabꝰ ſequētibꝰ cōtēpla-
tionibꝰ: ad quas rn̄debitur per duas the
matis dictiones.
In prima ꝯtēplatiōe de ꝓtomartyre iſto/
q̄ſtio ꝑtractabiť : qd̄ ſit p̄miū ſeu merces
q̄ martyr iſte ꝓpter labores ſuos/ cōſecu-
tus ſit a iudice īuincibili. Ad iſtā q̄ſtionē
rn̄det p̄ma pars thematis.ꝙ ſtephanus.
quod idē eſt quod corona.
In ſcd̄a q̄ſtione vel cōtēplatione de ꝓto-
martyre iſto/q̄ſtio ꝑtractabiť.q̄ et qualis
fuerit cā ⁊ maneries ꝓpter quā tā acerbā
paſſionē ſuſtinuit ī ſuo corꝑe defectibili.
Ad iſtā queſtionē rn̄det ſcd̄a pars thema-
tis/q: fuit plenꝰ gr̄a. His cōtēplationibꝰ
finitis: patebit efficacia deducti themat̃
quod eſt. Stephanus plenus gratia.

Prima pars.

¶ Dico primo ꝙ in p̄ma cōtēplatione ꝙ in ip̄a ꝑtractabiť de ꝓto
martyre iſta q̄ſtio.ſ.qd̄ ſit premiū ſeu mer
ces ⁊c̄.ad quā rn̄deť ꝑ p̄mā partē thema-
tis.q: fuit ſtephanꝰ.glo.ordinaria ſuꝑ ver
ba thematis ī forma hꝫ ſic. Stephanꝰ gre
ce:latine dr̄ corona. q: qd̄ recepturꝰ erat ī
re:preſagio noīs occupabat:q: poſt crucē
xp̄i p̄mꝰ fuit martyr coronatꝰ ſublimiter:
qui lapidatꝰ eſt humiliter. hec ibi. Ex q̇bꝰ
oñdiť ꝙ ſtephanꝰ in lingua greca/ idē eſt
qd̄ corona in lingua latina:pro tāto decla
rationē iſtiꝰ termini p̄miſit clare, Reſpon
ſio ad p̄mā q̄ſtionē/ in p̄ma cōtēplatione
qñ dr ⁊ q̄riť de ꝓtomartyre q̄ ſit remune-
ratio ⁊c̄.rn̄deť ꝑ p̄mā thematis partē.ſte
phanꝰ.i.corona. quaſi ꝙ dicať in hac rn̄-
ſione:iſtud habuit ꝓ merito et premio/ꝙ
fuit ſtephanꝰ.i. habuit coronā:q: ſtepha-
nus idē ē qd̄ corona. Ad vidēdū dn̄i/quō
ꝓtomartyr ꝓ p̄mio ⁊ remuneratione con
ſecutꝰ eſt coronā: ex ſacre ſcripture tenore
reperio ꝙ duo genera hoīm coronanť in-
ter alios.
Primo reges dominātes in ſignū excellē-
tie. et iſto mō coronatus eſt xp̄s.
Scd̄o milites bellātes in ſignū victorie.
et iſto modo coronatus eſt ſtephanus.
¶ Dico p̄mo ꝙ coronanť reges ⁊c̄. et iſto
mō coronatꝰ eſt xp̄s.ſ.vt rex. Qr aūt coro-
na debeať regibꝰ: dicit frater Joh̄.de va-
lļis in ꝓſodia ſua ſic. Corona eſt regij ho
noris ſignū:que iō in capite regis poniť:
ad ſignificādū circūfuſos ī orbe ppl'os:q̇-
bus accinctꝰ quaſi caput ſuū coronať. In
huiꝰ honoris regij ſignū/ coronā chriſtus
habuit et hoc triplicē ſm ꝙ in triplici re-
gno fuit rex.
Primo habuit coronam carneā: et hoc in
conceptione et natiuitate:⁊ ſm iſtā fuit
rex in regno chriſtianorum.
Scd̄o habuit coronam ſpineam: ⁊ hoc in
paſſione magne aſperitatis:et ſm iſtam
fuit rex in regno iudeorum.
Tertio habuit coronam auream:⁊ hoc in
aſcenſione: vbi habet perfectā maieſta-
tem:et ſm iſtam eſt rex in regno ſancto-
rum beatorum.
¶ Dico p̄mo ꝙ xp̄s habuit coronā aureā
vel carneā ⁊c̄. Iſta ē nr̄a caro:nr̄a hūana
natura. Iſtā coronā habuit qñ eā ſibi vni
uit:dū verbū caro factū eſt. Johā.j. Et q:
iſta vnio in vētre ſue gl'ioſiſſime mr̄is fuit
facta:iō eccl'ia vocādo nr̄am carnē/natu-
rā noſtrā/xp̄i coronā dicit Cañ.iij. Egredi
mini filie ſiō:⁊ videte regē ſalomonē ī dia
demate:q̊ coronauit eū mr̄ ſua. Et in p̄di
cta autoritate ſapiēs inuitat nos ad vidē
dū naturā nr̄am/xp̄i coronā/tāꝙ q̇d p̄cio
ſum:tāꝙ q̇d admirabile:et hoc ſi cōſidere
mus in natura nr̄a/xp̄i corona/tria.
¶ Primo fuit tā ſubtiliter operata. mate
ria em̄ iſtiꝰ corone fuit ſctiſſima ⁊ puriſſi-
ma:q: ſanguis ſctiſſime virginis p̄cioſiſſi
mus. vñ ſm Damaſ. ex puriſſimis ⁊ caſtiſ
ſimis ſanguinibꝰ marie fuit formatū cor-

ꝑus xp̄i. Artifex iſti⁹ corone fuit ſpūſſctūs
Luc.j. Spūſſctūs ſupueniet ī te. quā ope
rat⁹ ē tā ſubtilr̄. tā mirabilr̄/ ꝙ nō ex viri/
li ſemīe: ſʒ myſtico ſpiramine verbū dei fa
ctum caro: fructuſqʒ vētris floꝛuit. Nr̄a ḡ
natura ſic opata ac fabꝛicata xp̄i coꝛona
dr̄: q2 ſicut coꝛona ī capite ponit̄: ſic ipſa ī
xp̄o deitati: q̄ ē caput nr̄m. nā ſm aplm̄. j.
Coꝝ. xj. Caput xp̄i deus eſt. vnitur.

¶ Scd̄o īuitamur ī autoꝛitate p̄miſſa ad
vidēdū tāꝙ q̄d admirabile nr̄am naturā
xp̄i coꝛonā: q2 eſt gēmis p̄cioſis abūdāter
oꝛnata. vn̄ ſm ꝙ dicūt oēs theologi: xp̄s
ſm ꝙ hō ab inſtāti ꝯceptiōis habuit ple
nitudinē oīm ꝟtutū: oīm grarū: oīm ſpūſ
ſctī donoꝝ: q̄b⁹ ꝟtutib⁹ donis ⁊ gratijs ca
ro nr̄a/ xp̄i coꝛona/ tāꝙ q̄buſdā pꝛecioſis
gēmis mirabiliter adaptatur.

¶ Tertio īuitat nos ſapiēs ī p̄dicta auto
ritate ad vidēdū tāꝙ q̄d admirabile/ no/
ſtrā naturā/ xp̄i coꝛonā: q2 ē capiti foꝛtiſſi
me ⁊ decenter adaptata: ⁊ hoc p vnionē:
q2 hec coꝛona natura hūana inſeparabilr̄
diuine nature vnit̄. vn̄ magr̄ ī. iij. ſen. di.
q̄ð ſemel aſſumpſit nūꝙ dimiſit. Nūquid
enī coꝛona aliq̄ firmiſſime ⁊ decēter capi/
ti īheret ſic ꝙ quātūcūqʒ ī duas ⁊ tres ⁊c̄.
in mille ꝑtes frāgeret̄: nūꝙ tn̄ a capite ca
deret. certe ſic. Sic enī natura nr̄a hūana
xp̄i coꝛona/ ī ei⁹ paſſiōe ī duas partes fra
cta fuit p ſeparationē aīe a coꝛpe: nūꝙ tn̄
aliq̄ iſtarū ꝑtiū a capite cecidit: q2 tā aīa
ꝙ coꝛp⁹ īſeparabiliter diuinitati adheſit.
oīa hec patēt p doc. ī. iij. ſen. Ptʒ ḡ ꝙ xp̄s
habuit pꝛimo coꝛonā carneā. ſ. naturā no
ſtrā ⁊c̄. ¶ Sʒ dixi ꝙ ſm iſtā coꝛonā ip̄e eſt
rex ī regno xp̄ianoꝝ: q2 ſm diuinā naturā
xp̄s in q̄libet regno ē rex. ſ. iudeoꝝ/ ſarace
noꝝ/ ⁊ paganoꝝ. q2 oēs fatent̄ ip̄m eē de/
um. Scd̄m ꝟo naturā diuinā et hūanā ſi/
mul: nō niſi ī regno xp̄ianoꝝ: q2 ſola fides
xp̄ana dicit ip̄m eē hoīem ⁊ deū. vn̄ Atha
na. ī ſymbo. neceſſariū ē ad eternā ſalutē
⁊c̄. eſt ergo fides recta vt credamus ⁊c̄.

¶ Scd̄o habuit xp̄s coꝛonā ſpineā ⁊c̄. Jo
hā. xix. Exiuit ieſus poꝛtās ſpineā coꝛonā
et purpureū veſtimētū. ⁊ ſm iſtā fuit rex ī
regno iudeoꝝ. nā ſequit̄ in eodē ca. ꝙ ip̄e
iſtā coꝛonā tenendo ⁊ habēdo pilatus ſcri
pſit. Jeſus nazarenus rex iudeoꝝ.

¶ Tertio habuit xp̄s coꝛonā auream ⁊c̄.
Eccli. xlv. Coꝛona aurea ſup mitram (al's
caput) eius ⁊c̄. et ſm iſtā eſt rex in regno
beatoꝝ. Cōgrue enī coꝛona regis glīe/ eſt
aurea: q2 ſicut aurū alia metalla pꝛecedit
durabilitate: ita regnū xp̄i gloꝛioſum ſup
omnia alia regna ſine fine durabit. Lu. j.
Regnabit in domo iacob in eternū: et re/
gni eius nō erit finis. Chꝛiſtus enim ſm
ꝙ homo/ nō ſolum ſuper homines: ſed ſu
per angelos in eternum regnat. Nam ha/
bet in veſtimēto et in femoꝛe ſuo ſcriptū.
Rex regum ⁊ dominus dominantiū. Apo
calip. xix. Et ſic patet pꝛimum pꝛincipale
iſtius cōtemplationis declaratū: ꝙ coꝛo/
nātur reges ⁊c̄. quō coꝛonatus eſt xp̄s.

¶ Dixi ſecundo ꝙ coꝛonantur milites ⁊c̄.
vnde apoſtolus. ij. ad Timotheū. ij. Non
coꝛonabitur niſi qui legitime certauerit.
et Jaco. j. Beatus vir qui ſuffert tentatio
nem ⁊c. vſqʒ. coꝛonam vite. et iſto modo
coꝛonatus eſt ꝓtomartyꝛ ſtephanus. Jp
ſe enim in chꝛiſti exercitu miles ſtrenuus
et audax pꝛinceps et capitaneus/ pꝛo ſua
victoꝛia et triumpho/ triplicem coꝛonam
obtinuit.

Pꝛimo habuit coꝛonam ſue victoꝛie depu
tatam. et iſta fuit laurea.
Secundo habuit coꝛonam a deo ſibi miſ
ſam. et iſta fuit aurea.
Tertio habuit coꝛonā a ieſu ſibi reſerua/
tam. et iſta fuit lapidea.

¶ Dico pꝛimo ꝙ pꝛotomartyꝛ chꝛiſti/ pꝛin
ceps exercitus et capitaneus pꝛo pꝛemio
ſue victoꝛie habuit pꝛimo coꝛonam ⁊c. et
iſta fuit laurea. Laurus dicitur a laudan
do: quia ſm Jſidoꝛum. xvij. lib. etymolo.
triumphantes ad ſui laudem laurea coꝛo
nabantur. Jſta laurea pꝛotomartyꝛ: ideſt
pꝛimus martyꝛ in ſui laudē ab eccleſia no
minatur: quando per Auguſtinum nō ſo
lum pꝛinceps: ſed martyꝛū vexillarius po
nitur. quando per Maximum in ſermone
pꝛecipuus inter martyꝛes eſſe ponitur/ di
cētē. Quia quātum ſaluatoꝛ dignatus eſt
pꝛo omnibus pati: iſte pꝛimus reddit̄ ſal/
uatoꝛi: quando per eccleſiam ſibi dicitur.
Tu pꝛincipatuʒ tenes in choꝛo martyꝛū.
quando per Auguſtinum de eo dicitur ꝙ
ſi ſtephanus pꝛo paulo non oꝛaſſet: nūꝙ
eccleſia paulum habuiſſet. Jn omnibus
his gloꝛioſus pꝛotomartyꝛ lauro coꝛona/
tur: quia omnia iſta in ſui laudem et glo
riā dicuntur. Jſta etiam coꝛona omnibus
chꝛiſti martyꝛibus pꝛo merito ſue victoꝛie
deputat̄. vn̄ dicit eccl'ia ī hymno martyꝛū

Que vox: que poterit lingua retexere ꝛc. ſanguine laureis ditātur bene fulgidis. Patz ergo ꝙ protomartyr habuit primo coronā de lauro ꝛc.

¶ Dixi ſcḋo ꝙ iſte ꝓtomartyr habuit in premiū ſue victorie ſcḋam coronam ꝛc. ꝛ iſta fuit aurea: que a deo ſibi fuit miſſa. Quomodo autē: vel qualiter fuit ſibi miſſa: in figura ſcribiṫ. j. machab. x. ſicut miſit alexander ionathe purpurā et coronā aureā dicēs ſibi. Que nr̄a ſunt: nobiſcū ſentias. Ubi videndū dn̄i/ ꝙ per alexandrū: qui interpretaṫ auferens anguſtias tenebrarū: intelligiṫ xp̄s: qui modo nouiter in ſua natiuitate tenebrarū anguſtias a genere humano abſtulit: quia exortū eſt in tenebris lumē rectis: miſericors et miſerator et iuſtus. in pš. cxj. Et populus qui ambulabat in tenebris vidit lucē magnā. Eſaie. ix. Per ionathā/ qui interpretaṫ colūbe donum: intelligitur protomartyr: cuius donū caret felle amaritudinis: et inuidie: qḋ donum ꝓtomartyr habuit: qr amicis et inimicis amorem et charitatē ſeruauit. Modo videamus q̇d iſte alexander. i. xp̄s mittit ionathe. i. deſt protomartyri: certe reperio ꝙ duo. ſcꝫ

Primo premiū quale datur pro victoria et remuneratione. quia purpuram ꝛ coronam auream.

Secundo ſimilitudinem quā habuit cū ſua paſſiōe. quia dicit. Que noſtra ſunt: nobiſcū ſentias.

¶ Dico primo ꝙ xp̄s mittit protomartyri premiū ꝛc. Un̄ reperio ꝙ paſſio ꝓtomartyris fuit ſimilis paſſioni chriſti: et hoc in quinqꝫ.

Primo qr ſicut xp̄us falſe accuſatus fuit Mat. xxvj. ſimiliter ꝛ ſtephanꝰ. Act. vj.

Scḋo qr xp̄s a cōtribulibus ꝛ iudeis interfectus fuit. ꝛ ſtephanꝰ vt ḋr Actu. vij.

Tertio xp̄s extra portā patitur. ꝛ ſtephanus extra ciuitatē lapidatur.

Quarto xp̄us ait tanꝙ filius Luce. xxiij. Pater in manus tuas ꝛc. ꝛ ſtephanꝰ tāꝙ ſeruus. Actuum. vij. Domine ieſu ſuſcipe ſpiritum meum.

Quinto qr xp̄s pro ſuis crucifixorib9 exorauit. Luce. xxiij. Pater dimitte illis ꝛc. Et ſtephanus ꝓ ſe ſtando: ꝓ alijs genua flectendo/ di. Dn̄e ne ſtatuas illis h̄ peccatū. Fulgentius. Plus illorum dolebat peccata: ꝙ ſua vulnera. plus illoꝝ impietatem: ꝙ ſuam mortē. Et ſm̄ hoc proprie corona ſua eſt aurea. Per aurū em̄ intelligitur charitas: qr ſicut aurū oīa metalla excellit: ita charitas oēs virtutes. vn̄ dic̄ ap̄ſus. j. Cor. xiij. Maior aūt horum eſt charitas. Tūc certe perfecta eſt charitas qn̄ non ſolū ad amicos: ſed ad inimicos extendit ſe: qḋ quidē fuit in protomartyre. Pro tanto fulgentiꝰ in ſermone de eo dicit ſic. Stephanꝰ vt ſui noīs coronā mereretur accipe: charitatē ꝓ armis habebat: et per ipſam vbiqꝫ vincebat. Per charitatē em̄ ſeuientibus iudeis non ceſſit. per charitatem ꝓximi pro lapidantib9 interceſſit. per charitatē dei arguebat errātes vt corrigerenṫ. per charitatē proximi orabat ne punirenṫ. hec ille. Ptꝫ ergo ꝙ habuit ſcḋam coronam ꝛc.

¶ Sed dixi tertio ꝙ habuit coronam ꝛc. ꝛ fuit lapidea: qua coronauerūt eū iudei et iſta per ieſum fuit ſibi reſeruata. Et ſcitis dn̄i/ qn̄ iſta corona per xp̄m fuit ſibi reſeruata: quondā ſemel iudei voluerūt xp̄m coronare lapidibus: vt patet Job. viij. Tulerūt lapides vt iacerent in eum. Iſtam coronā xp̄s noluit acceptare: quia ſequiṫ. Jeſus autē abſcondit ſe ꝛc. Sed eam voluit ꝓ ſtephano reſeruare: qḋ patuit in rei euentu. nullus em̄ de xp̄i diſcipulis fuit lapidatus niſi ꝓtomartyr. vn̄ dn̄i pro iſta corona quā reſeruauit ſtephano: dicere poſſumus ad litterā illud qḋ ḋr in pš. xx. Qm̄ preueniſti eū in benedictionib9 dulcedinis: poſuiſti in capite eiꝰ coronā de lapide p̄cioſo. Precioſi fuerūt iſti lapides quēadmodū et dulces. vn̄ ḋr in hiſtoria. Lapides torrentes illi dulces fuerūt. Precioſos et dulces eos ſtephanꝰ reputabat: inquantū pro xp̄o eos ſuſtinebat. Ptꝫ ergo declaratū ꝙ coronanṫ reges ꝛc. Iſto modo coronatus eſt ſtephanus. Qn̄ ergo queriṫ in p̄ma contemplatione de ꝓtomartyre. qḋ eſt ꝛc. vn̄ rn̄deṫ Stephanꝰ. i. corona. Et hoc de prima cōtēplatione. vt ꝓ concordantia iſte ſit ille miles quē vidit iohānes ſup equū albū ideſt corpꝰ ſuū virgineū et puriſſimū: cui data eſt corona. Et exiuit vincens vt vinceret. Apocalipṡ. vj.

Sed reperio ꝙ ꝓpter quinqꝫ reddiṫ fortis aliq̄s miles in vinculis: q̄ fuerunt in beato ſtephano. Primo qn̄ videt dn̄ꝫ ſuū corā ſe ſtantem. ideo ḋr. Uidit ieſum ſtan

tem a dextris dei. vñ dicit glo. Ne homo lapidādus dubitet in terrā: deꝰ crucifixꝰ apparet in celis. Scđo qñ videt magnū ſpectaculū. ideo dic̄: ꝙ vidit celos aꝑtos vñ dicit glo. Apertū ei fuit celū: vt rex et tota curia celeſtis videret militē dimicantē. valde em̄ miles ſtrenue dimicaret: q̇ a rege ⁊ a tota ciuitate ſe ſpectari cognoſceret. Tertio qñ videt añ ſe appoſitum magnū premiū. iō dꝛ: ꝙ vidit gloꝛiā dei. Grego. Cōſideratio p̄mij minuit vim flagelli. Quarto qñ videt dei auxiliū. iō dꝛ. et ieſum ſtantē a dextris virtutꝫ dei. Bene em̄ miles ſecurꝰ eſſet: q̇ circa ſe pugilem foꝛtiſſimū haberet. Exo. xiiij. Dñs pugnabit ꝓ vobis: ⁊ vos tacebitis. Quinto qñ videt ꝙ hꝫ grāde refugiū. iō dꝛ: ꝙ vidit celos aꝑtos: ad quos ꝯ hoſtes refugere potuit. multū em̄ miles ſecurꝰ eſſet: qui iuxta ſe caſtrū foꝛtiſſimū haberet: ad qđ qñcūqꝫ vellet refugere poſſet. ij. Coꝛi. v. Scimus: qm̄ ſi terreſtris domꝰ nr̄a huiꝰ habitationis diſſoluat̄: ꝙ edificationem ex deo habemꝰ domū nō manufactā: ſed eternam in celis.

Secūda pars.

## ¶ Sed dixi in ſecunda

contēplatione ꝙ de ꝓtomartyꝛe iſta qō ꝓponit̄ q̄ fuit cā ⁊c. ad quā rñdet̄ ꝑ ſcđaꝫ ꝑtē thematꝫ: qꝛ plenꝰ gr̄a. Rō quare iſta q̄ſtio ꝓponit̄: eſt iſta. Operari facere vel aggredi illud qđ eſt ſupꝛa naturā hoīs: imo et ꝯ naturā: eſt hoībꝰ valde mirabile: ⁊ ſic cadit ſub qōne. Dicit ſctūs Tho. in. ij. ij. in tractatu de foꝛtitudine qōne cxxiiij. ꝙ inter oēs actꝰ foꝛtitudinis/ precipuꝰ eſt martyꝛiū: ī quo ſine timoꝛe aliq̄ hō aggredit̄ terribiliſſimū in natura qđ eſt moꝛs. vñ ph̄s. j. ethicoꝝ. Finis omniū terribiliū moꝛs. q̄ quidē aggreſſio eſt cōtra naturā: qꝛ naturalr̄ oēs hoīes timent moꝛtē. Sed declarādo dubiū doctoꝛes dicūt: ꝙ hoīes ꝓ deo talia tā ardua opera aggrediunt̄: nō ex ſua natura: qꝛ iam dictū eſt ꝙ illā excedit: ſed cū adiutoꝛio gr̄e dei. vñ dic̄ ſctūs Tho. in. ij. ſentē. di. xxix. ꝙ adā in ſtatu innocētie in q̊ fuiſſet tam ꝑfectꝰ nunq̄ ex ſui natura meruiſſet vitā eternā: ſed cum adiutoꝛio gr̄e dei. Ex his poſſum rñdere ad q̄ſtionē ꝓpoſitā de ꝓtomartyꝛe qñ querit̄. q̄ fuit cā ⁊c. Rñdeo qꝛ fuit plenus gr̄a. quaſi dicat̄. iſte fecit non ex ſua natura: ſed cum adiutoꝛio gr̄e dei: qꝛ fuit plenus gr̄a. Sed videte dñi/ tria terribilia iſte aggreſſus eſt: in quibꝰ ſtatim habuit adiutoꝛiū diuine gr̄e.

Primo venit in diſputationē inter magnos doctoꝛes.

Scđo ſe excuſauit a blaſphemijs īter inuidos diffamatoꝛes.

Tertio ſuſtinuit acerbam paſſionē ⁊ graues doloꝛes.

Sed ī oībꝰ habuit adiutoꝛiū diuine gr̄e.

¶ Dico primo ꝙ ꝓtomartyꝛ venit ī diſputationē ⁊c. In qua certe ꝑ naturā ipe debebat cadere. Nō credo ꝙ ſit aliq̇s quantūcūqꝫ clericus: q̇ ſi ſciret ꝙ deberēt conuenire cū eo ad diſputādū doctoꝛes magni et ꝓfundi de pariſiꝰ: de toloſa: de ſalamāca: ⁊ de oxonia: ⁊ de bononia: ⁊ alijs mūdi partibus: quin ipſe timoꝛē aliqueꝫ haberet. tales doctoꝛes ꝯuenerūt diſputare cū pꝛotomartyꝛe. Actu. vj. Surrexerūt quidā de ſynagoga q̄ appellat̄ liberti noꝝ ⁊c. et erāt diſputantes cū ſtephano. Sed in h̊ habuit adiutoꝛiū gr̄e dei. nam ſequitur. ꝙ nemo poterat reſiſtere ſapiētie et ſpiritui qui loquebatur.

¶ Scđo pꝛotomartyꝛ aggreſſus eſt opus valde arduū: qꝛ excuſauit ſe ⁊c. Ipſe em̄ fuit diffamatus ꝙ dixerat blaſphemiam in deū: in templū: ⁊ in moyſen. de q̇bus excuſauit ſe. Act̄. vij. Sed in hoc ſtatī habuit adiutoꝛiū diuine gr̄e. nā oēs ſtātes in ꝯcilio viderūt vultū eius ſicut vultū angeli. quaſi ꝑ hoc daret̄ innui ꝙ ſic angelus eſt purꝰ innocēs et a pctō īmunꝰ ita ipſe ab his q̄ ſibi obijciebant̄. Et ꝓpter hoc qꝛ in iſto cōcilio ſic apparuit: depingit̄ cū facie iuuenili et angelica; licet fuiſſet ſenex.

¶ Tertio pꝛotomartyꝛ aggreſſus eſt opꝰ arduiſſimū: qꝛ ſuſtinuit ⁊c. Act̄. vij. Pꝛoijcientes eū extra ciuitatē lapidabāt: ſed in hoc ſtatim habuit adiutoꝛium diuine gr̄e. qꝛ vidit celos apertos ⁊ ieſum ſtantem ⁊c. Vñ notate dñi/ ꝙ qꝛ iſtud opꝰ ſcꝫ ſuſtinere moꝛtē tā aſperā: excedebat cōditionē ſue nature: habuit adiutoꝛiū diuine gr̄e in duobus. Pꝛimo in hoc ꝙ vidit ieſum. ſ. eū confoꝛtando. vñ glo. ad ꝓpoſitū ſic. Ad confoꝛtandū martyꝛis ī terra patientiā: celū pandit̄. ⁊ ne homo lapidibus titubet ī terris: deus hō crucifixꝰ apparet in celis. hec ille. Ideo dicit ꝙ ha⸗

buit adiutoriū diuine gratie in hoc ꝙ dicit: ꝙ vidit ieſum ſtantē ⁊c. ſtare feſtinantis vel adiuuātis eſt. ideo illū ſtātē vidit quē inter perſecutores cōfeſſus eſt: ⁊ difficilia aggreſſus eſt protomartyr: in ꝗbꝰ ſemper habuit adiutoriū diuine grē: vt dicat cum apoſtolo. j. Coꝝ. xv. Laboraui nō ego ſolus: ſed gr̄a dei mecū. Et ſic finitur ſcd̄a cōtemplatio: in qua mihi ꝓponebat̄ iſta q̄ſtio de protomartyre: q̄ fuit cā ſeu rō ⁊c. Cui queſtioni ego reſpōdeo per ſcd̄am partē thematꝫ. q: fuit plenus gr̄a. Pro concordātia. gr̄a dei erat in illo. Luce. ij. His contēplationibꝰ finitis: pꝫ thematis deductio et efficacia: q: ſtephanus plenꝰ gr̄a. quā ⁊c. Explicit.

¶ In feſto ſancti iohānis euāge. Ser. j.

## EXaltabit illum

apud ꝓrimos ſuos. Eccl'i. xv. ⁊ in ep'la ſolēnitatis ⁊c. Dn̄i pro introductione thematis / in dictꝫ ſacre ſcripture et ſanctoꝝ fundata vtor tali imaginatione. Naturā intellectiuā creatā / et rationis capacē / deus creauit q̄n in illiꝰ natura diuerſos gradus et ordines. promotiones ⁊ exaltatiōes poſuit. Pꝫ iſta imaginatio diſcurrēdo ꝑ tres creaturas / naturas intellectiuas. ſ. per angelicā: diabolicam: (que cū ꝓma eſt eadem: lꝫ pctō diuerſa) ⁊ humanā. de q̈ pꝫ ſic. Scd̄ꝫ ſententiā gregorij in homelia. Erant appropinquātes ad ieſum ⁊c. et dionyſiū in de angelica hierarchia: in natura angelica ſunt nouē ordines: in ꝗbus quidā ſunt doctores: vt in ordine cherubin: q̄ interp̄tantur pleni ſciētia. quidā iudices: vt in ordine thronoꝝ. quidā principes et dn̄i ſicut in ordinibꝰ principatuū: poteſtatū: ⁊ dn̄ationū. quidā rerū mirabiliū operatores: ſicut in ordine virtutū. ita ꝙ in natura angelica ſunt diuerſi gradus: ꝓmotiones: ⁊ exaltationes. De ſcd̄a ſcꝫ de natura diabolica pꝫ. nam ꝑ oīa ſicut eſt in natura angelica: ita ⁊ in diabolica. ſicut pulchre declarat magiſter ſn̄iarū lib̄. ij. diſti. vj. c. iiij. Et ſicut inter bonos angelos alij alijs preſunt: ita inter malos / alij alijs p̄lati ſunt. ⁊ alij alijs ſupereminēt ⁊c. Habent quoqꝫ ſm̄ modū ſciētie maioris vel minoris prelatiōes alias maiores vel minores, quidam eñ vni prouincie: alij vni homini: alij vni vitio p̄ſunt ⁊c. Judei eñ demonioꝝ principē noīauerūt q̄n xp̄o dixerūt Luce. xj. In beelzebub principe demonioꝝ ejicit demonium ⁊c. Sed ſi forte querat̄ incidētaliter q̄re deꝰ voluit iſtas ꝓmotiōes ⁊ exaltationes eſſe in demonibus: cū ſint ad nocumentū humane nature? Rn̄deo cū doctoribꝰ / ꝙ voluit iſtud eſſe ad excercitiū virtutꝫ: ſicut voluit ſanctū et iuſtū iob a diabolo tribulari: vt eiꝰ patientia probaret̄: ⁊ in eo virtꝰ augeret̄. De tertia natura. ſ. humana / pꝫ ꝙ ſint ibi tales gradus ⁊ ꝓmotiones ac exaltationes. Nam aliq̄ ſunt reges: aliq̄ principes alij duces: alij milites: alij ſubiecti. de q̄bus oībus d̄r. j. Pet̄. ij. Subiecti eſtote oī humane creature ꝓpter deū: ſiue regi quaſi precellenti: ſiue ducibꝰ tanq̄ ab eo miſſis. Et adhuc in natura humana tales ꝓmotiones et exaltationes obſeruantur. nā cōiter q̄n rex naſcit̄ vel coronatur aliq̄ ꝓmouent̄ et exaltant̄ ad nobilitatē: alij ad militiā: alij ad generoſitatem ⁊ ſic de alijs gradibꝰ. Pꝫ imaginatio declarata: q̄ fuit talis: ꝙ nulla creatura ⁊c. Pro tanto hec oīa dn̄i / corā vr̄is reuerentijs ꝓponunt̄: q: ſꝫ eccl'ie rep̄ntationē rex nr̄ xp̄s eſt nouiter natus: nr̄a natura humana coronatꝰ: ⁊ in iſta ſua natiuitate et coronatione diuerſos honores et exaltationes fecit. Nam ſm̄ apl'm ad Ephēſ. iiij. Ipſe dedit quoſdā quidē apl'os: quoſdaꝫ aūt ꝓphetas: alios ꝟo euāgeliſtas: alios aūt paſtores et doctores. Sed rep̄io dn̄i ꝙ licꝫ xp̄s multas ꝓmotiones et exaltationes diuerſorum fecerit: attamen inter alias valde memoria dignas tres promotiones et exaltationes fecit.

Prima fuit nature humanalis:
Scd̄a fuit eccleſie apoſtolicalis.
Tertia fuit vnius amici cordialis.

¶ Dico primo ꝙ prima ꝓmotio et exaltatio valde ſingularꝫ: quā xp̄s fecit fuit nr̄e nature humanalis. Ualde eñ xp̄s humanā naturā promouit inquātū nō ſolū inferiora ſibi ſubiecit: ſed etiā celeſtia vel ſuperiora. ſ. angelos. Ex iſta intētione q̄ſtionem ponit apl's quā prolixe ꝓbat ad hebreos. j. ſ. ꝙ xp̄s ſm̄ ꝙ homo eſt dn̄s vniuerſoꝝ: et etiā angeloꝝ. vn̄ in. j. cap̄. cum laudās aliq̄n ſm̄ naturā diuinam: aliq̄n ſm̄ humanā dicit ſic. Diebus iſtis deꝰ locutus eſt nobis in filio: quem conſtituit

maria l.b nar. fo. 291.

heredem vniuerſorum. ſm naturã hu⸗
manã. qui cũ ſit ſplendor glorie et figura
ꝛc. ſm diuinã naturã. purgationẽ pctõꝝ
faciens. ſm humanã ſedet ad dexteram
maieſtatis ꝛc. et tanto melior angelis ef⸗
fectus ꝛc. totũ hoc ſm humanã naturã.
Ex diuerſis rationib⁹ aplus probat ĩ pre
dicto ca. ꝙ xp̃s eſt maior angelis ꝛc. ſm
ꝙ homo. vt pꝫ de adoratione. nam cum
introduxit primogenitũ in orbẽ terre di⸗
cit ꝛc. Et de a dextris dei ſeſſione. naꝫ in
fine capituli dicit. Ad quẽ autẽ angelorũ
dixit aliqñ. ſede a dextris meis ꝛc. ecce ğ
quõ ſuper angelos eſt exaltata. Et ſcitis
cãm hui⁹. ſentẽtia xp̃i eſt Matth. xxiij. ꝛ
Luce. xiiij. ꝛ. xviij. ꝙ qui ſe humiliat exal
tabitur. Et ad phil. ij. Chriſt⁹ ſe valde hu
miliauit. Humiliauit ſemetipſum factus
obediens vſqꝫ ad mortẽ. Et iõ nõ mirũ ſi
tam alte eũ exaltauit. vñ ſequit. Propter
qđ et deus exaltauit illũ: et dedit illi no⸗
men qđ eſt ſup omne nomẽ. vñ põt dice⸗
re xp̃s hũane nature/ qđ ſcribit. iij. Reg.
xvj. Exaltaui te de puluere.

¶ Dixi ſcđo ꝙ ſcđa promotio et exaltatio
valde ſingularis ꝛ memoria digna: quaꝫ
xp̃s fecit: fuit eccl'ie apl'icalis. de iſta exal
tatiõe dr in pſ. cvj. ꝛ exponit de xp̃o qui
fuit caput eccl'ie. Et exaltẽt eũ ĩ eccl'ia ple
bis: ꝛ in cathedra ſeniorꝝ laudẽt eũ. Et vi
dete dñi/ ꝙ iſta eccl'e ꝓmotio ꝛ exaltatio
fuit ſup angelos. pꝫ ſi ꝯſideram⁹ q̈ttuor.
Primo eccl'ia hꝫ ptãtẽ panẽ in corp⁹ xp̃i
trãſſubſtãtiare. vñ non angelis: ſed ſacer
dotib⁹ qui ſunt caput eccl'ie: dixit xp̃us.
Hoc facite ĩ meã cõmẽorationẽ. Luc. xxij
Scđo eccl'ia habet poteſtatẽ pctã remit⸗
tere. vnde non angelis: ſed ſacerdotibus
dixit xp̃s. Accipite ſpm̃ ſctm̃: quorꝝ remi⸗
ſeritis pctã: remittunt eis. Johan. xx.
Tertio eccl'ia hꝫ ptãtem aperiẽdi vl' clau
dendi celũ. vnde non angelis: ſed petro
vt capiti dixit xp̃s Mat. xvj. Tibi dabo
claues regni celorꝝ.
Quarto eccl'ia hꝫ ptãtẽ iudicandi hoĩes
vñ nõ angelis: ſed ſacerdotib⁹ dictũ eſt.
Sedebitꝭ et vos ſup ſedes duodecim: iu
dicãtes duodecĩ trib⁹ iſrael. Matth. xix.
Pꝫ ğ ꝙ ꝓmotio ꝛ exaltatio eccl'ie fuit ſu
per oẽs angelos. Et qꝛ iſta ꝓmotio fuit
facta in petro et in capite: iõ dñs dicit de
eo ꝑ cõcordãtia illud qđ habetur in pſ.
lxxxviij. Exaltaui electum de plebe mea.

¶ Dixi tertio ꝙ tertia ꝓmotio ꝛ exaltatio
valde ſignata ꝛ mẽoria digna: quã xp̃s fe
cit: fuit vni⁹ amici cordial' ꝛc. q̃ q̃dẽ facta
eſt de iohãne: cui⁹ feſtũ eccl'ia hodie ſolẽ
nizat. Cui⁹ q̃dẽ ꝓmotionẽ ꝛ exaltationeꝫ
ꝓuidẽs ĩ ſpũ ꝓphie ieſus fili⁹ ſirach: dicẽ
nob in themate incepto qđ eſt ĩ epl'a ho⸗
dierna. Exaltabit illũ apđ ꝛc. Papias in
lib. ſuo de ſigtionib⁹ vocabulorꝝ dicit ſic.
Exaltare idẽ eſt qđ ſurſuꝫ eleuare. Ex iſtis
ꝑ forma ſmonis format talis rõ ſic. Bea
tus Johes apl's et euãg. ſup diſcipulos
xp̃i gradib⁹ ꝛ honorib⁹ eſt eleuat⁹: ğ ſeq̃t
ꝙ apud ꝓximos ſuos eſt exaltat⁹. ꝯña te
net ex ſigtiõe vocabuli. ſed añs ꝓbat ſic.
Et ꝓmo videndũ eſt q̇ ſunt ꝓximi btĩ Job.
Scđo quõ eſt ſup eos exaltat⁹. In h̃ em̃
ſtat tota vt⁹ thematꝭ. Et reperio dñi/ ꝙ q̈t⸗
tuor ꝓximos habuit btũs Joh. ꝛ ſup quẽ
libet eorꝝ eſt exaltat⁹. Duos hꝫ ſm repſen
tationẽ. ꝛ iſti ſunt btũs Stephan⁹ et btĩ
ĩnocẽtes. Alios duos hꝫ ĩ ſcriptura ꝛ cõ⸗
uerſatiõe: ꝛ iſti ſunt euãgeliſte et h̃ in ſcri
ptura: ꝛ ſcti apl'i: ꝛ h̃ in ꝯuerſatiõe. Et vi
dete dñi/ quõ ſuper omnes iſtos exalta⸗
tur. nã exaltat
Primo ſup ſtephanũ ſi⸗
cut auis generoſa ſupra oẽs alias volãs
Secundo ſup innocẽtes per opa virtuo⸗
ſa: cui affuit voluntas iuuans.
Tertio ſuper euangeliſtas ſicut doctor in
genioſus: qui ſubtiliter eſt locutus.
Quarto ſup apl'os ſicut hõ gratioſus: q̃
ſuper omnes eſt dilectus.

¶ Dico ꝓmo ꝙ gl'ioſus euãgeliſta iohes
ſup ſtephanũ ꝓximũ exaltat ſicut auis ꝛc.
De ſtephano em̃ dñi/ ꝛ de xp̃o ſm feſtiui
tates ꝑntes exponit ſpãl'r ille tex. Job. v
Hõ naſcit ad laborẽ: ꝛ auis ad volatũ.
hõ em̃ ſm eccl'ie repſentationẽ. ſ. xp̃s na
tus eſt ad laborẽ: et h̃ natiuitas eſt tpal'.
ꝛ auis. ſ. ſtephan⁹ ad volãdũ. ſ. in gloriaꝫ
ꝑadiſi: ꝛ hec natiuitas eſt ſpũalis. Auis
em̃ fuit ſtephan⁹: q̃ habuit duas alas. ſ.
dexterã amorẽ dei. pꝫ: qꝛ ꝓ eius teſtĩonio
occubuit. ſiniſtrã. ſ. amorẽ ꝓximi. pꝫ: qꝛ ꝓ
iĩmicis orauit. Sed videam⁹ q̃ in gñe vl'
in ſpẽ auiũ eſt ſtephan⁹: ꝛ q̃ iohes. Ste⸗
phan⁹ em̃ in gñe auiũ põt dici ancipiter
vel falco: q̇ pl⁹ hꝫ de plumis q̃ꝫ de carne.
Sic ſtephan⁹ pl⁹ de ſpũalitate q̃ꝫ de car⸗
nalitate. nã plen⁹ grã ꝛ fortitudine facie
bat ꝓdigia et ſigna magna in ppl'o. Act.
vj. Scđo qꝛ ancipiter vel falco ĩ ꝑuo cor
pore magnã vtutẽ hꝫ. Nam nemo pote⸗
rat reſiſtere ſapientie ꝛ ſpũi q̇ loq̃bat ꝛc.

Sed videtis dñi/cōiter ꝙ pueri ignoran
tes vidētes iſtā auem:neſciētes virtutem
eiꝰemittūt ei lapides. Jta iudei beſtiales
et ignorātes ꝯ ſtephanū. Johānes vero in
genere auiū dicit̄ aquila ꝓpter ſubtilem
et acutā ⁊ altā intelligētiā:quā habuit de
diuinis. de eo em̄ exponit̄ illud Job. xxxix
Nunqd ad p̄ceptū tuū eleuabit̄ aquila: ⁊
in arduis ponet nidū ſuū. Si ergo cōſide
remus naturā auiū: Johānes ſup ſummū
exaltat̄. q: ſm p̄bm oīm auiū eſt regina.
Jtē ſi conſideremꝰ eoꝝ volatū ⁊ predā. dr
in lib. de aīalibꝰ/ ꝙ ancipiter ponit nidū
ſuū in altiſſimis locis. ita ſtephanꝰ ī loco
valde alto:q: in celo:⁊ hoc qñ vidit celos
apertos. Act. vij. Jn hoc em̄ nido ſtās for
titudine deſcēdit volādo vſq3 ad terrā:et
cepit p̄dā. ſ. paulū pſonā humanā. Dicit
Aug. in ſermone de ſctō ſtephano. Sau
le ſaule qd me pſequeris. Te em̄ debui p
dere:ſ3 ſtephanus orauit ꝓ te. Si em̄ ſte
phanus ꝓ paulo nō oraſſet:nūq̄ eccleſia
paulum habuiſſet. Johānes vero ſctiſſima
aqla fortiſſime volauit aſcēdēdo nō deſcē
dendo. ſm em̄ Aug. ſup aerē:ſup ſtellas:
ſup oēs choros angeloꝝ:et cepit predā. ſ.
deū patrē:pſonas diuinas. q̄ eſt hec p̄da:
in p̄ncipio erat verbū ⁊c̄. P3 ergo ꝙ ſi in
natura auiū earū volatū ⁊ predā cōſidere
mus:iohānes ſup ſtephanū exaltat̄. vñ ꝓ
iſta exaltatione pōt ſibi dici. iiij. Reg. xix.
Exaltaſti vocē tuā: et eleuaſti in excelſum
oclos tuos. q: ī pſonas trinitat3. P3 ḡ ꝙ
iohānes exaltat̄ ſup ſtephanū ſicut auis ⁊c̄.
¶ Dixi ſcdo ꝙ glorioſus euāgeliſta iohan
nes ſup ſctōs innocētes ⁊c̄. Dñi/q: dr de
ſctis īnocētibꝰ/ꝙ ſunt martyres. vñ ī col
lecta dr. Deꝰ cuiꝰ hodierna die p̄coniū in
nocētes martyres ⁊c̄. Aug. ſuper Gen. ad
lrām ī laudē eoꝝ in forma dicit ſic. V3 em̄
illa parua etas magnū teſtioni pondus:
que p̄ma meruit ꝓ xp̄o ſanguinē fundere.
hec ille. tñ etſi ſunt martyres opere:nō vo
lūtate. vñ ſequit̄ ī collecta. nō loquendo:
ſ3 moriēdo cōfeſſi ſunt. Aliq̄ em̄ ſunt mar
tyres ſolo ope: vt ſcti innocētes. aliq̄ ſola
volūtate vt ſctūs pr̄ nr̄ dñicus. S3 iohan
nes ope ⁊ volūtate. qd p3. nā ſeptima die
maij/ī feruētis olei doliū miſſus ē: q̄ q̄dē
dies ſm ꝙ dicit frater Jacobꝰ de voragi
ne/tā q̄ dies ſui martyrij celebrat̄. Jtē ve
nerabilis Amb. ſup illo verbo Luc. ij. qd
dr de btā virgine. Et tuā ipſiꝰ aīam ptrāſi
bit gladiꝰ. dicit ꝙ btā virgo plꝰq̄ martyr
fuit:q: dolor eiꝰ etſi nō fuit ī corpore q̄ ma
gnus eſt:fuit ī corde ⁊ ī aīa q̄ maior ē. Ad
ꝓpoſitū querūt doctores ſuper verbo qd
ſcribit̄ in euāgelio hodierno. Dixit ieſus
petro. ſequere me. que eſt rō quare xp̄s vo
luit petrū eū ſequi p martyriū:⁊ nō iohā
nē: Rñdēt aliq̄ ꝙ iohānes iā fuerat mar
tyr ſimul cū btā virgine qñ xp̄s pendebat
in cruce. et ſi nō martyrio corporis: tñ cor
dis:qd eſt maximū. P3 ergo declaratum
ꝙ glorioſus euāgeliſta ſup ſctōs innocen
tes ſuos ꝓximos exaltat̄ p opꝰ virtuoſum.
¶ Dixi tertio ꝙ glorioſus euāgeliſta iohā
nes ſup alios euāgeliſtas ꝓximos ſuos ex
altat̄ ſicut doctor ingenioſus. Ezechiel ꝓ
pheta in ſpū ꝓphetie ipſos euangeliſtas
preuidēs dicit in. j. c. ſui libri. ꝙ ſimilitu
do vultus eoꝝ erat facies hoīs:facies leo
nis:facies bouis:et facies aqle. Et q̄s eſt
ſm doctores q̄ faciē h3 aqle niſi iohānes.
vñ aqle merito in figura quattuor aīaliū
volāti cōparat̄. q: ceteris volat altius:
ſolis radios irreuerberatis aſpicit lu
minibus. P3 ḡ ꝙ iohānes in ſcriptura ſup
alios euāgeliſtas exaltat̄. Alij autē tracta
uerūt de xp̄i humanitate: iohānes aūt al
tius exaltat̄:q: de xp̄i diuinitate. Alij aūt
euāgeliſte dicūt xp̄m tpaliter natū. Mat
thei. ij. Cū natus eſſet ieſus in bethleē iu
de in diebꝰ herodis regis. Johānes vero di
xit xp̄m a patre eſſe generatū di. Jn p̄nci
pio erat verbū. Alij dicūt xp̄m cū hoībus
corporaliter cōuerſatū. Mat. xvij. Cōuer
ſantibꝰ aūt eis in galilea. Johānes vero di
xit cū patre eternaliter habitare. ⁊ verbū
erat apud deū. Alij dicūt xp̄m eſſe hoīem.
Mat. ix. Glorificauerunt deū q̄ dedit po
teſtatē talē hoībus. Johānes vero dicit ip
ſum eſſe deū. ⁊ deꝰ erat verbū. ita ꝙ ſm ve
nerabilē Aug. in lib. ſuo de cōcordia euā
geliſtaꝝ dicit. Jn hoc iohānes ſup euāge
liſtas exaltat̄: q: illi de xp̄i hūanitate: io
hānes vero de xp̄i diuinitate locutꝰ eſt. Vñ
ꝓ cōcordātia huiꝰ exaltationis pōt dicere
iohānes alijs euangeliſtis illud qd ſcribi
tur Eſa. lv. Sicut exaltant̄ celi a terra:ſic
exaltate ſunt vie mee a vijs vr̄is:⁊ cogita
tiones mee a cogitationibꝰ vr̄is. Via em̄
mea eſt via aquile in celo:que apud ſapiē
tē ſalomonē ē difficillima:vt p3 Prouer.
xxx. Pa3 ergo ꝙ iohānes ſup euāgeliſtas
alios exaltat̄ ſicut doctor ingenioſus.

Sup apoſtolos



¶ Dixi quarto et vltimo ꝙ exaltaẗ etiam
ſuper apl'os ſicut homo gratioſus ꝛc. In
ſeptē em̄ priuilegijs exaltaẗ ſup apl'os:q̄
notanẗ in euāgelio hodierno. videlꝫ
Primo in amore ſingulari.
Scd̄o in profundo ſtudio et ſpeciali.
Tertio in conuerſatione familiari.
Quarto in morte nullū dolorē pati.
Quinto in vna viſitatione honorabili.
Sexto in ſcripturarū intelligentia et de
claratione.
Septimo in diuinorum myſteriorum te⸗
ſtificatione.

¶ Dico primo ꝙ iohānes ſup apl'os exal
taẗ in amore ſingulari. Iſtud notatur in
homelia qn̄ diciẗ. Uidit illum diſcipulū
quē diligebat ieſus. oēs em̄ apl'os xp̄us
ſpāl'r diligebat: q̇bꝰ dixit Io. xv. Sicut di
lexit me paẗ: ꝛ ego dilexi vos. tn̄ ſpecial'r
ſuper oēs iohānē. Scd̄m bedā in home
lia / cōmuniter in euangelio qn̄ nominaẗ
iohānes xp̄i diſcipulus: ſtatim ſequitur.
quē diligebat ieſus. Et ꝙ ſup oēs ſpecia⸗
liſſime iohannem dilexerit: ſm̄ doctores
iſtud eſt euidentiſſimū ſignū: ꝙ matrem
ſuā glorioſam in hora paſſionis ſibi com⸗
mendauit et nulli alteri. vn̄ Bern̄. Petro
cōmendaẗ eccl'ia: iohāni maria. petro tu⸗
multuoſa negocia: ſed iohānes quietam
habuit cōſcientiā. illi atria / veſtibulū / ꝛ
altaria ſanguinū: huic altare īcenſi ꝛ ſan⸗
ctūſanctoꝝ: ad culmen myſterij nullus ſe
cuꝫ admittiẗ: ſolus illi aſſiſtit ꝓpriatoriū
ſolus illud vas aureū mariā cōtinēs: in
diuine legis ſcriniū pontifex deſtinatus
obſeruat. hec ille. Patet ergo primum ꝙ
Iohānes ſuper omnes apoſtolos exalta
tur in amore ſingulari.

¶ Sed dixi ſcd̄o ꝙ ſuper oēs exaltatur in
ſtudio ꝓfundo ꝛc. Iſtud tangiẗ in euan⸗
gelio. cum d̄r. Qui ꝛ recubuit ꝛc. Recum⸗
bens em̄ ſup pectus dn̄i librū ſanctiſſime
aīe xp̄i / ꝓfundiſſime legit: ꝛ qḋ ibi reppe
rit: cū diligentia ſtuduit. Ibi nāqꝫ didi⸗
cit myſteriū ꝓceſſionis diuinarum pſona
rū. ibi tribulatiōes futuras eccl'ie. ibi tot
et tanta q̄ nunq̄ alicui fuerunt reuelata.
vn̄ venerabilis Petrꝰ damiani de Iohā⸗
ne ad ꝓpoſitū dicit ſic. Ad tantū em̄ pro⸗
uectus eſt priuilegiū gr̄e: v[illegible]m trāſgre⸗
diens creaturā: illuc acie m[illegible]tis attige⸗
ret: quo nō ꝓpheta: nō patriarcha: nō de
niqꝫ quiſq̄ ab ipſo mūdi primordio / co⸗
gnoſcitur in carne poſitus aſpiraſſe.

¶ Dixi tertio ꝙ iohānes ſuper apl'os ex⸗
altaẗ in cōuerſatione ꝛc. et iſtud notatur
in euangelio cum d̄r. Dicit ei. Dn̄e q̇s eſt
qui tradet te? habeẗ ꝙ cū xp̄us loquereẗ
apl'is in cena / turbatus eſt ſpū. et dixit.
Amen dico vobis ꝙ vnꝰ veſtrū me tradi⸗
turꝰ eſt. Rogo vos: hic notate. q̇s eſt ſer⸗
uus: vel famulus: ſiue ſcutifer: qui domi
no ſuo loqui audeat qn̄ eſt turbatus. ꝛ ſi
de facto loq̇tur: ſignū eſt ꝙ eſt ſibi fami⸗
liaris. Finaliter in textu ſequiẗ. Aſpicie⸗
bant ḡ adinuicē diſcipuli heſitantes de
quo diceret. Innuit huic ſimon petrꝰ ꝛc.
Nota iō iſti innuebāt: qm̄ ipſum xp̄o ma⸗
gis familiarē ſciebant. Finaliter iſte ſcilꝫ
Iohānes dixit ſibi. Dn̄e quis eſt q̇ tradet
te? Sup qua hiſtoria Petrꝰ damiani dic̄
ſic. Oīm incōparabile profert xp̄s v̄bum
in mediū: et totus tacet ſenatus apl'orū.
lingua que clauis facta eſt celoꝝ ſilet. an
dreas qui ipſi fratri ad fontē vite primꝰ
fuit: nō preſumit os aperire. philippꝰ qui
dum patrē ſibi poſcit oſtēdi: ꝓfunda my⸗
¶ Dico primo ꝙ ſacerdotes ⁊ epi euāgelici: de quoꝝ numero fuit beat⁹ Blaſi⁹: debent portare xp̄m ſicut aſina cū pondere ſeu onere. Non eſt dubiū quin illa aſina: que portauit xp̄m in hierl'm/in die ramorū: pōdus corporis penarū ſenſit et ſuſtinuit et mēbroꝝ eius. Sic a ſimili ſacerdotes ⁊ epi euāgelici debēt portare totum pōdus et corpis xp̄i myſtici ⁊ mēbrorum ei⁹ ſcȝ malos corrigēdo: bonos defendendo: et ī ſciētia ignaros inſtruēdo: paupibus ſubueniēdo: ⁊ oēs neceſſitates et anguſtias ſubditoꝝ in ſeipſis ſuſtinendo ꝑ clementiā ⁊ pietatē. et talis fuit moyſes q̄ portauit oīa onera ppl'i iſrael. Et quia on⁹ portať in humeris: dꝛ de eo Deuteř. xxxij. ꝙ portauit eū in humeris ſuis. ⁊ de ſacerdotio xp̄i/et epatu q̄ maxim⁹ fuit eccleſie pricipatus dꝛ Eſa. ix. ꝙ fact⁹ eſt pricipat⁹ ſuper humerū eius. Et ꝑpter hoc dicit btūs Greg. ꝙ epatus nomē eſt oneris: nō honoris. De onere ꝑncipat⁹ ſecularis/dicit iohannes de ſomnio pharaonis epl'a. iiij. ꝙ regale pōdus regiminis

eſt etiã gigãteis humeris formidandũ.
quanto magis onus principatus eccľie:
cum ſit onus principaliter animarum.
Pro tanto quidã ſancti viri hoc onꝰ. ſcꝫ
epatus vel ſacerdotij eccľiaſtici multi re⸗
futauerũt. Legitur enĩ de quodam priore
clareuallis: qui fuit electus in epm̄: et cũ
cogeretur a beato Bernardo et Eugenio
vt epatum reciperet: humiliter recuſans
dixit. Monachus fugitiuꝰ eſſe potero: ſꝫ
epõs non ero. Iſte poſtmodũ poſt mortem
ſuã cuidaꝫ charo ſuo apparens dixit. Si
E fuiſſem de numero epoꝝ: fuiſſem de nũe⸗
ro damnãdoꝝ. Sed dices quõ igitur cuꝫ
epatus vel ſacerdotiũ euangelicũ ſit tãti
oneris: ſunt tã multi de eccľia q̄ ad ipm̄
aſpirãt? Rñdeo ſm̃ Guilhelmũ pariſieñ.
in lib̃ ſuo de ꝓbẽdis: vbi dicit ꝙ iſta duo
noĩa honor et onus concordãt in prima
ſyllaba: ſed in hoc diſcordãt: ꝙ ꝑmũ ſcri⸗
bitur cũ aſpiratione. ſ. honor: ſcõm nõ. et
modo epi reſpiciũt ad primũ terminum:
nõ ad ſcõm: ideo tantũ ad epatũ aſpirãt.
Sed diceres q̃d faciunt de ſcõo termino
onus: cũ ſuo officio et epatui ſit annexũ
ſm̃ ꝙ dictũ eſt? Rñdeo recipiunt onꝰ ap
parenter. ſicut chimere q̄ ſunt in fabricis
eccľiarũ: que videnť fabricã ſupportare:
tñ ſm̃ veritatẽ nihil faciũt. Nõ ſicut aſi⸗
na hierľm: que onꝰ xp̄i patiẽter pertulit.
ſed ſicut mala et laſciua aſina que onus
ꝓijcit: ſic iſti vel onus totaliter ꝓijciũt:
vel alijs ĩponũt. de eis enĩ ſcribit Mat.
xxiij. Alligant onera grauia et importabi
lia ⁊ imponunt in humeros hoĩꝫ: digito
aũt ſuo nolunt ea mouere. Et ſi vis vide⸗
re cauſaꝫ: quare illa aſina q̄ portauit xp̄m
tam patiẽter portauit: etſi iſti nõ ſic por⸗
tant xp̄m: qꝛ illa erat inſellata ⁊ ornata ve
ſtibus apoſtoloꝝ. veſtes apľoꝝ ſunt ꝟtu⸗
tes apľoꝝ et ꝑfectiones: q̃s habuerunt in
eccľia primitiua: et qꝛ iſti moderni epi nõ
ſunt ornati nec veſtiti: iõ non ſic xp̄m et
onꝰ ſecũ portant ſicut fecit illa aſina. Pꝫ
igitur ꝙ ſacerdotes euãgelici ⁊ epi debẽt
portare xp̄m ſicut aſina cũ onere. De iſtis
fuit btũs Blaſius: q̄ portauit onera ſuoꝝ
ſubditoꝝ patienter: ⁊ diligenter portauit
onera et neceſſitates aĩaliũ irrationabi⸗
liũ et rationabiliũ. nam aues et fere ĩ ſpe
lunca ad eũ veniebãt: et infirmitate detẽ⸗
te ab eo curabãtur. Item portauit onꝰ et
neceſſitatẽ illius mulieris: cuius filiꝰ ha⸗
bebat in gutture os piſcis trãſuerſum et
moriebatur: cui Blaſius ſanitatis benefi
ciũ reſtituit. Item illiꝰ paupercule mulie
ris, cuiꝰ porcus portabať per lupũ. Pro⸗
pter qd̃ cum ſic ſciret compati: et portare
onera alioꝝ: xp̄iani ĩ ſebaſtẽ cappadocie
cum oĩ manſuetudine et ſanctitate polle
ret: eũ in epm̄ elegerũt. Ipſe bonꝰ paſtor
de quo dr̃ Eſaie. xl. ꝙ in brachio ſuo con⸗
gregabit agnos: ⁊ in ſinu ſuo leuabit: fe⸗
tas ipſe portabit. D
¶ Dixi ſcõo ꝙ ſacerdotes et epi euãgelici
de quoꝝ numero fuit beatꝰ blaſius: debẽt
portare xp̄m ſicut crux cuꝫ pena. Ille por
tat xp̄m ſicut crux: q̄ portat in penitentia
⁊ aſperitate: in ieiunio et abſtinẽtia. Sic
portauit enĩ petrꝰ primꝰ epõs et papa: cuiꝰ
cibus quotidianꝰ fuit panis cũ oliuis vt
habeť in legẽda ſua. De daniele legimus
in. c. ix. ꝙ qñ debuit orare et mediare iter
deũ et populũ ꝓ captiuitate babylonica:
poſuit faciẽ ſuam ad deũ deprecari in ie⸗
iunijs ⁊ ſacco et cinere. Quãto magis epi
ſcopꝰ et ſacerdos euãgelicꝰ: cuiꝰ officium
eſt mediare inter deũ et ppľm: debet ſe af
fligere ieiunijs ⁊ abſtinere et viuere vita
ſancta: vt eius mediatio et orõ acceptabi
lior ſit apud deũ. Sed modo nõ ſic faciũt
ꝓlati et epi moderni: ſꝫ cibꝰ primi epi pe⸗
tri q̄ erat de oliuis: in eis eſt conuerſus ĩ
bonos capones: et pĩgues gallinas. Nã
talis fuit btũs blaſiꝰ: qui aſperam ⁊ peni
tẽtialẽ vitã duxit in quodã heremo pro⸗
pter perſecutionẽ diocletiani et maximia
ni ꝯ xp̄ianos. nõ comedebat niſi herbas
et fructꝰ: que ſibi per aues cõportabanť.
Sic portauit xp̄m ſicut crux in pena vľ in
penitentia. Dicit cũ apľo ad Heb̃. in cap̃.
vlti. Exeamus ad eũ extra caſtra impro⸗
periũ eius portãtes. Itẽ dicit cum paulo
ad Galath̃. vj. Ego ſtigmata domini ieſu
in corpore meo porto.
¶ Dixi tertio ꝙ ſacerdotes et epi euãgeli E
ci: de quoꝝ numero fuit beatꝰ blaſius: de
bẽt portare xp̄m ſicut maria cũ fide ⁊ cre⸗
dentia. Certum eſt ꝙ virgo maria porta⸗
uit chriſtũ in ventre. Luce in cap̃. xj. Bea
tus venter qui te portauit. non minus in
corde per fidem. vnde dicit Anſelmus ſu⸗
per illo verbo quod dixit elizabeth virgi⸗
ni marie. Luc̃. j. Beata que credidiſti. Fe
licior fuit maria percipiendo fidem chri⸗
ſti: q̃ꝫ carnem chriſti. nihil enĩ chriſti pro⸗

pinquitas marie pꝛofuiſſet:niſi ipſum fe
licius coꝛde ꝙ̄ carne geſtaſſet. Pꝛelati igi
tur ⁊ ſacerdotes euangelici debent poꝛta
re chꝛiſtū/ſicut maria in ventre bonū pꝛo
poſitū de quocūqꝫ bono opere concipien
do:⁊ in coꝛde fidem catholicā firmiter re
tinendo. Sed multi his tempoꝛibus ſa-
cerdotes ⁊ epiſcopi euangelici ſunt: qui
nec chꝛiſtū poꝛtant cum maria in ventre
eū per bonum pꝛopoſitū cōcipiendo: ſed
concipiunt diabolū et malum pꝛopoſitū.
et de iſtis verificatur illud pſ̄.vij. Conce-
pit doloꝛem: et peperit iniq̄tatē. et ſi foꝛ-
te xp̄m per bonum pꝛopoſitū concipiunt
eum non pariunt. ſed aboꝛſum patiūtur
pꝛopoſitum reuocādo:vel ſi non reuocāt:
intantū dilatant et pꝛolongāt: ꝙ contra
naturam omniū mulierū/quod cōcipiūt
per annum/et per duos/ et per tres/et ꝑ
multos annos poꝛtāt. ⁊ impletur in eis
illud Eſaie.xxxvij. Venerunt filij vſqꝫ ad
partū et virtus non eſt pariendi. Itē non
poꝛtant chꝛiſtū in coꝛde firmam fidem de
ipſo recipiendo. nam credunt: ⁊ non reſi-
ſtunt illis qui veniūt contra fidem chꝛiſti
vt hereticis per pꝛedicationes et ſanam
doctrinam/ſm̄ doctrinā pauli. Inſurgūt
in fide catholica multi erroꝛes ⁊ hereſes:
vt patet de pꝛeſenti in alemannia: ⁊ epi-
ſcopi et pꝛelati eis reſiſtere non curant.
¶ Item pꝛo iure eccleſie defendēdo non
reſiſtunt pꝛincipibus et tyꝛānis: a q̇bus
eccleſia multas iniurias patitur:qđ ma-
nifeſtiſſime eſt defectus fidei. vñ chꝛiſtus
eos increpat ſicut apoſtolos:q̇ erant im-
perfecti puſillanimes et vecoꝛdes. Mat.
viij. dicendo. Quid timidi eſtis modice fi
dei? Non talis ſacerdos ⁊ epiſcopꝰ euan
gelicus fuit blaſius noſter martyꝛ ep̄us:
qui erroꝛibus ⁊ hereſibus de idolatria: q̄
tunc in mundo regnabant:per pꝛedicatio
nem veram/et doctrinam ſanā reſtitit. et
multos ad veram chꝛiſtiꝰ fidem cōuertit:
vt habet in hiſtoꝛia. ⁊ diocletiano et ma-
ximiano tyꝛānis ſuo tempoꝛe fidē chꝛiſti
et chꝛiſtianos perſequentes/vſqꝫ ad mar
tyꝛiū incluſiue reſtitit. Sic poꝛtauit chꝛi-
ſtum cum maria in coꝛde/cū fide et credē
tia. In hoc beatus Blaſius videtur fuiſ-
ſe ſocius pauli: de quo pꝛidie vobis dixi:
ꝙ fuit vas electionis: vt poꝛtaret nomen
chꝛiſti per fidem firmam:et veram doctri
nam coꝛam gentibus/et regibus/ ⁊ filijs
iſrael. Actuū. ix. cap.
¶ Dixi quarto ⁊ vltimo: ꝙ ſacerdotes et F
epiſcopi euāgelici: de quoꝝ numero fuit
beatus blaſius: debēt poꝛtare chꝛiſtū per
operationem perfectam. hoc deſignat
moꝛaliter vel ſpiritualiter quod heri ſy-
meon adimpleuit litteraliter. ſcꝫ ꝙ poꝛ-
tauit chꝛiſtū in manibus. Per manus ſi-
gnificatur operatio. non eñ ſufficit ep̄o:
nec alicui catholico poꝛtare chꝛiſtū in coꝛ
de cum maria per fidei credentiā: niſi et
poꝛtet cū ſymeone in manibus/per opus
perfectum: qꝛ fides niſi ad opus exeat: ni
hil valet. Jaco.ij. Fides ſine operibꝰ moꝛ
tua eſt. Aliqui ſacerdotes et catholici poꝛ
tant chꝛiſtū et fidem xp̄i ī oꝛe: ſed non in
coꝛde. de iſtis dicit xp̄us Matthei.xv. et
Marc.vij. Hypocrite bñ pꝛophetauit de
vobis eſaias dicens. Populus hic labijs
me honoꝛat: coꝛ aūt eoꝛum lōge eſt a me.
et Hieremie.xij. Pꝛope es tu oꝛi eoꝛum:
et longe a renibus eoꝝ. Aliqui poꝛtāt in
coꝛde: ſed non in oꝛe: qui pꝛopter timoꝛē
infidelium non ſunt auſi fidem chꝛiſti:
quā habent in coꝛde: confiteri oꝛe. ⁊ iſtud
nihil eſt: quia non ſolum eſt de neceſſita-
te ſalutis credere coꝛde: ſed etiam confi-
teri oꝛe. vnde apoſtolꝰ ad Roma.x. Coꝛde
creditur ad iuſticiam: oꝛe autem cōfeſſio
fit ad ſalutem. Alij autem poꝛtāt chꝛiſtū
et eius fidem coꝛde ⁊ oꝛe: ſed non opere.
et iſtud nihil valet: quia ſm̄ ꝙ ſcribit Ja
cobi.ij. demones credūt fidem chꝛiſti coꝛ
de vel mente: ⁊ oꝛe cōfeſſi ſunt multotiēs
vt patet in euangelio: Sed quia in opere
non habent fidem xp̄i: ideo eis nihil valꝫ
quia ſufficit vnum teſtimoniū: ⁊ nullum
aliud niſi coꝛdis et oꝛis eſt opus. ideo di-
cit beatus Jacobus ibi. Sicut coꝛpus ſi-
ne ſpiritu moꝛtuū eſt: ita fides ſine operi
bus moꝛtua eſt. De ſymeone/de quo loq̇-
tur ad litteram iſta queſtio: videtur ꝙ ſy-
meon excelſerit in xp̄m tangendo: et ī ma
nibus poꝛtando: quia de chꝛiſto nihil de
ſiderauit niſi viſum dicens. Putas vide-
bo. O ſi oculis meis videam. ⁊ ſolum ha-
buit a ſpirituſancto reſponſum de viſu.
vñ in textu Luce.ij. Reſponſuꝫ acceperat
ſymeon a ſpirituſancto non viſurum ſe
moꝛtem: niſi pꝛius videret chꝛiſtum dñi.
quare igiť ſupꝛa viſum adhibuit tactū ?

Andeo in viſione ſignificatur fides/iuxta illud Joh.xx. Quia vidiſti me thoma credidiſti. In manibus vel in tactu ſignificatur operatio. ꝛ quia non ſufficit fides niſi habeat opus: ideo nõ ſuffecit ſymeoni videre chriſtum: niſi et tãgeret: ꝛ in manibus portaret. Ad propoſitum/btũs blaſius noſter ſymeon euangelicus/non ſolũ portauit chriſtum in corde cum maria: eiꝰ fidem concipiendo: nec ſolum in ore cum paulo eius fidem predicãdo: ſed in manibus et in opere cum ſymeone pro eo martyrium ſuſtinendo. vnde patet ꝙ beatus blaſius portauit chriſtum cum aſina cum onere per miſericordiam et compaſſionẽ. Cum cruce cum pena et penitentia ꝛ afflictione. Cum maria in corde ꝛ in vẽtre per credentiam/ ꝛ vocalem confeſſionem. Cũ ſymeone in manibus per perfectam operationem. Et propter iſtam ſimilitudinẽ quam habuit beatus blaſius cum ſymeone litteraliter de quo thema: ideo de ipſo fuit propoſitũ in principio. Ecce homo in hieruſalem: cui nomen ſymeon.

Secunda pars.

B ¶ Dixi ſecũdo principaliter/ꝙ ſymeon ſacerdos legalis et hiſtoricus habuit reuelationem celeſtialẽ. vnde patet in heſterno euãgelio/ꝙ ſpiritusſanctus erat in eo: ꝛ ꝙ venit ſpiritu in tẽplũ: et reſponſum accepit a ſpiritusſancto ꝛc. Simile eſt generaliter de quocũqꝫ ſacerdote ꝛ epiſcopo legali: et habet verum ſpecialiter in beato blaſio vt videbit. Habemus enim Luc.c.ij. ꝙ paſtoribus: q̃ vigilantes erant ꝛ cuſtodientes vigilias noctis ſuper gregem ſuũ: reuelata eſt per angelũ natiuitas chriſti. Per paſtores iſtos allegorice ſignantur eccleſie prelati/et ſacerdotes euãgelici: quibus ſpiritusſctũs reuelat grandia et maxima myſteria ẜm Grego. etiam malis. ẜm enĩ ꝙ ponit ſanctus Tho. in quodam quolibeto autoritati pape et ſententie: quam in iudicio proferret: in materia fidei: eſt ſtãdum plus ꝙ̃ opinioni quorumcunqꝫ hominum ſapiẽtum in ſcripturis: quia inquantum papa et vniuerſalis epiſcopus totiꝰ eccleſie/familiarius aſſiſtit ei ſpiritusſanctꝰ. Et non ſolum hoc habet verum de bonis ſacerdotibus/prelatis/et epiſcopis: ſed etiam de malis. nam ẜm ꝙ vbi ſupra ponit ſanctꝰ Thomas caiphas: licet nequam: tñ quia põtifex: legitur prophetaſſe. et ſine dubio prophetiam et reuelationem quam habuit et de chriſto dixit. Expedit vobis vt vnꝰ moriatur homo pro populo. Johãnis.xj. a ſeipſo non dixit: ſed a ſpiritusſancto. Ad propoſitum beatus blaſius fuit ſacerdos euãgelicus: epiſcopus ſanctus ꝛ beatus: et habuit multas reuelationes a ſpiritusſancto. vnde potuit dicere cum paulo.ij. Corinth.xij. Veniam ad viſiones et reuelationes domini. Specialiter tamen de tribus:

Primo de ſuo martyrio: quod fuit ſibi reuelatum: vt patet in hiſtoria tripartita.

Secundo de perſecutione fidei eccleſie et chriſtianorum.

Tertio in hora mortis ſue deus ſibi reuelauit: vt quicũqꝫ pro infirmitate gutturis: vel alia ĩfirmitate/vel neceſſitate eũ deprecaret: petitionis ſue obtineret effectum. Sic patet igitur quia cõuenit noſter ſacerdos euãgelicus beatus blaſius cum ſymeone ſacerdote legali: ꝙ habuit reuelationem celeſtẽ: ſumpſi de eo thema in principio. Ecce homo in hieruſalem: cui nomen ſymeon.

Tertia pars.

¶ Dixi tertio et vltimo D ꝙ ſymeon ſacerdos legalis et hiſtoricus habuit interpretationem nominalem. interpretatur enim audiẽs merorem vel triſticiã. Specialiter audiuit merores et triſticias ſanctorum patrum/Eſaie/et Hieremie/et aliorum: qui expectabant incarnationem et aduentum chriſti: qui erant triſtes et merentes propter longam expectationem et ipſe quam habebat de aduẽtu chriſti: quia ſpes que differtur: affligit animam. Prouerb.xiij. et ẜm Grego. ꝛ ipſe erat de numero eoꝝ qui expectabant redemptionem iſrael. Sic beatus blaſius noſter ſacerdos eps euangelicus audiuit merores ꝛ multas triſticias: ſpecialiter audiuit perſecutionẽ fidei eccleſie ꝛ xpianorũ: audiuit martyriũ ꝛ pſecutionẽ. vij. mulierum: que colligebãt guttas ſanguinis eius: dũ in eculeo torqueret. audiuit ſententiã mortis datã contra eũ. Et non ſolũ iſta omnia cum merore et triſticia audiuit: ſed cum gaudio et patiẽtia ſuſtinuit. Et nota hic pro fine ſermonis/ꝙ hec

eſt differentia inter Blaſium glorioſum
epiſcopū: et alios epos moderni tempo
ris: ꝙ beatus Blaſius nō ſolum audiuit
merores et triſticias ſanctoꝝ virorum et
martyrū: ſed ⁊ patienter cū eis ſuſtinuit.
Epiſcopi vero moderni tēporꝫ merorıbꝰ
et triſticijs aliorū viroꝝ ſanctoꝝ et marty
rum dant bonam audientiā: ſed non pa-
tientiā. Cōpatiunt̄ verbo qn̄ aliq̄s patit̄
et libēter audiūt et dicunt: doleo et mihi
diſplicet. laudant vincentiū / laurentiuꝫ /
blaſium de ſuo glorioſo martyrio. Sed
ſi eis inferretur perſecutio vel pena pro
fide xp̄i / vel mors: nō haberent patiētiā
Dicunt em̄ ꝙ volūt eſſe confeſſores: non
martyres. vn̄ Johānes ſareſberieñ. an-
glicus dictus policraticꝰ lib. viij. de nug
curialiū et veſtigijs phoꝝ. c. xxiij. vbi lo-
quit̄ contra iſtos tales ad ꝓpoſitū dicit
ſic. Antiqui trahebantur inuiti: et proni
ad martyrium / p̄mas cathedras carcere
peius et cruce fugiebāt. Contra iam pa-
lā loquunt̄ ſacerdotes moderni tēporis /
et ꝓuerbiū nullū dicunt. Nolumus (in-
quiunt) martyres eſſe: ſed ſediū noſtrarū
gloriā nō damus alteri. Nolumus cū pe-
tro ꝑ martyriū xp̄m ſequi: ſed in dn̄i ꝯfeſ-
ſione fundati / ſic manere volumꝰ: donec
veniat cū iohāne. Miſera q̄dē ⁊ miſera-
bilis vox in ore ſacerdotis: qui xp̄m ſic a-
gnoſcit: vt ſe nolle eū ſequi palam confi-
teatur. Sꝫ dubitari poterit an verus mo
riat̄ confeſſor: qui perſecutiōis tp̄e / ſi opꝰ
fuerit: gladiū non expectat. hec ille. Non
talis fuit beatꝰ Blaſius noſter epiſcopꝰ
euangelicus: qui non ſolū pro chriſto me
rores martyrij libenter audiuit: ſed ⁊ ip-
ſum martyrium patienter et gaudenter
ſuſtinuit. Quia igitur beatꝰ Blaſius no-
ſter ep̄us ⁊ ſacerdos euangelicꝰ in hieru-
ſalem allegorica. i. militanti eccl'ia / cum
ſymeone ſacerdote legali in hieruſalē hi-
ſtorica / ſimilitudineꝫ habuit in opatione
manuali. in reuelatione celeſtiali. et īter-
pretatione nominali ſcꝫ. qd̄ vobis decla-
raui: ideo ſub metaphora / ⁊ ſimilitudine
illius ſymeonis: de cuiꝰ laudibus vobis
locutus ſum: propoſui de eo thema aſ-
ſumptū. Ecce homo in hieruſalē: cui no-
men ſymeon. Et ſic explicit ſermo iſte.
Deo gratias.

¶ In cathedra ſancti petri. Sermo.

Tu es petrꝰ. mat a
thei. xvj. Scd̄m apoſtolum
Rom̄. xiij. Reddite oībus
debita ⁊c. Cui honorē: ho-
norem. Illi'em̄ exhibēdus
eſt honor: qui eſt honore di
gnus: et nō alij. q2 ſm̄ Auguſt. qui indi-
gno dat honorē: digno facit iniuriā. ſm̄
eundē apoſtolū. j. Timoth. v. Qui bene
preſunt preſbyteri duplici honore digni
habeant̄. et maxime qui laborant in v̄bo
et doctrina. Sunt em̄ digni ⁊ ratione ſta
tus: in quo debite p̄ſunt. ⁊ ratione q̄ eru
dite ſubditos faciunt. Et ecōtrario / q̄ ma
le preſunt: multa confuſione digni ſunt:
quia cū ad eos reſpicere debeāt oculi ſub
ditoꝝ: tot mortibus digni ſunt: quot ad
ſubditos mortis exēpla tranſmittūt. dic̄
Gregoriꝰ in paſtorali. Non ſine cauſa dic̄
beatus Augu. Qm̄ quanto quis in loco
ſuperiori: tanto in periculo maiori verſa
tur ⁊c. Multū honorādus eſt bonꝰ prela
tus. Et certe hoc honore dignus eſt: quē-
cūq; rex voluerit honorare. Heſter. vj. Ne
mo em̄ aſſumat ſibi honorē: niſi qui voca
tus fuerit a domino tanq̄ȝ aarō primus.
Heb. v. qm̄ xp̄s ad hūc honorem ſcꝫ pre-
lationis / vocat principē apoſtoloꝝ petrū
Licet q̄ȝ em̄ xp̄s in collegio apl'oruꝫ multos
haberet conſanguineos: iohannē et iaco
bum ⁊c. curam tamē totius eccleſie: quā
quotidie ſanguine et corpore reficit ⁊ pa
ſcit: nulli de conſanguineis ſuis derelīq̄t
Et quia nō ſufficit honorari cuius condi
tio ignoratur: ideo xp̄s qui eum ad hono
rem prelationis elegit: eius conditiones
deſcribit nobis ī verbis ꝓpoſitis. Tu es
petrus. et tangit tres conditiones: qui-
bus homines honorari ſolent. Honora-
tur em̄ aliquis.
Propter ſtatꝰ ſublimitatē. j. Pet̄. ij. Re-
gem honorificate.
Propter vite ſanctitatē. Eccl'i. xiiij. Om̄e
opus electū iuſtificabit̄: ⁊ qui operatur
illud: honorabitur in illo.
Propter ſciētie ꝓfunditatē. Eccl'i. xxxvij.
Sapiēs in ppl'o hereditabit honorem.
Et hec tria in plationibꝰ attendēda ſunt
dicente gregorio in paſtorali. Penſandū
valde eſt ad culmen regiminis quiſq; q̄li
ter veniat: vt ſcꝫ rite quantū ad primum
et rite perueniens qualiter viuat: quantū

ad ſecundū:et bene viuens qualiter doceat/quantū ad tertiū. Ab his tribus cōmēdatur Petrus in themate.
A ſtatus ſublimitate et ſingularitate. tu ſingulariter:⁊ nullus alius.
A vite ſanctitate.es. Pctōres enim non ſunt quantum ad eſſe grē. q: gratia dei ſum id qꝺ ſum.j.Coꝝ.xv.
B A ſciētie profunditate.petrus/ qui interpretatur agnoſcens.
Statꝰ ſublimitas et ſingularitas patuit in ſua prelatione. tu ſingulariter. Uite ſanctitas in ſua cōuerſatione.es. Sciētie ꝓfunditas in ſua reſpōſione.petrꝰ.

Prima pars.

¶ Primo ergo cōmendatur a ſtatꝰ ſublimitate ⁊c. Poteſtas ecleſiaſtica quanto plus multiplicaẜ: tāto plus minuitur. ⁊ quāto plus adunatur: tanto plus augeẜ. hinc eſt ꝙ plures ſunt prelati vocati in partē ſollicitudinis:ſed vnus hn̄s plenitudinē poteſtatis: quam dn̄s cōtulit petro:qꝺ ſignificat nota ſingularitatis tu. vn̄ Gen̄.xlj. Tu eris ſuper domū meā:⁊ ad tui oris imperiū cūctus populus obediet. et Luc̄.xxij. ſcribiẜ. Tu aliqn̄ conuerſus confirma fratres tuos. Potentes cōuerſos elemoſynarios ſuos faciūt. Petrus fuit auerſus:qn̄ xp̄m negauit tūc auertit ſe:⁊ nō ſeruauit pactuȝ qꝺ āte ꝓmiſerat. Mat.xxvj. Etiā ſi oportuerit me mori tecum nō te negabo. Sed poſtmodū cōuerſus cōſtitutꝰ eſt elemoſynarius et diſpēſator theſauri eccl'ie. quare ergo tu eris ſuper domum meam ⁊c. q: tu aliquando cōuerſus ⁊c. In hoc em̄ poſiti ſunt prelati: vt cōuerti faciāt peccatores ab errore vie ſue: ꝓpter qꝺ in ſe prius debēt cōuerti:et non dare exemplū ſubuerſionis ⁊ ꝑuerſionis ſubditis. nam ẜm Grego. in paſtorali/ cū paſtor per abrupta gradiẜ:neceſſe eſt vt ad precipitiū grex ſequaẜ. talis nō eſt paſtor:ſed idolū derelinquens gregē. Zacha.xj. Sequiẜ in autoritate. domū meā. Chriſtus habȝ duas domos. vn̄ pſ̄.xlvij. Diſtribuite domos eius:vt enarretis in ꝓgenie altera. Unā habet in celis:in qua nullus eſt egenus:quia gloria ⁊ diuitie in domo eius. pſ̄.cxj. In hac manſiones multe ſunt: et oēs tn̄ beati ſunt. vn̄ pſ̄.lxxxiij. Beati qui habitāt in domo tua dn̄e. In hac nullus eſt elemoſynarius:quia nulla eſt indigentia:ſed dicunt cum Zacha.xj. Benedictus dn̄s:q: diuites facti ſumus. Aliā domum habet in terris. ſcȝ eccl'iam:in qua multi pauperes et debiles ſunt ceci et claudi: qui indigent elemoſyna. elemoſynarius iſtius domꝰ petrꝰ eſt:et ẜm eius arbitriū bona eccl'ie diſpenſanẜ ſpūalia. vn̄ quaſi aquila ſuꝑ domum dn̄i. Oſee.viij. ⁊ ſicut aquila ꝓuocans ad volandum pullos ſuos. Deute.xxxij. Sed multi prelati nō ꝓuocant ad volandū pullos ſuos: nec ſuꝑ eos volitant: ſed ad reptandū ſuper terrā per affectionē terrenorum. Talis non fuit petrus:qui bene volauit non reptauit. vn̄ dixit claudo Actuū.iij. Argētum ⁊ aurū non eſt mihi. Et ſimoni offerenti pecuniam:ait. Pecunia tua tecū ſit in perditionē. Actuū.viij. Tu ergo eris ſuꝑ domum meā. ad tui oris imperiū ⁊c. Si talis eſſet prelatus:credo ꝙ deuote populus obediret. vn̄ filij iſrael dixerūt ioſue. Sicut obediuimus in cunctis moyſi: ita obedie[m]ꝰ et tibi. Joſue.j. ⁊ apl's ad Titū iij. Admone illos dicto obedire. Sic enī conſeruaẜ pax:et per pacem dilatatur ꝓ̄latī imperium. vnde de ſalomone legitur Eccl'i.xlvij. ꝙ imperauit in diebus pacis cui ſubiecit deus oēs hoſtes. ⁊ de chriſto Eſaie.ix. ꝙ eſſet princeps pacis. et ſubditur. Multiplicabiẜ eius imperium. Sed dic petre ẜm ꝓphetiam iacob. Gen̄. xlix. Prior in donis:maior in īperio. Quare ergo non augeẜ tuum imperiū:ſed minuitur? forte ꝓpter defectum pacis. Sic igiẜ cōmendatur a ſtatus ſublimitate: q̄ fuit in ſua prelatione. tu.

Secūda pars.

¶ Sed quia monſtruoſa eſt/ſedes prima et vita ima ẜm Bern̄: Et culpa vehemēter extendiẜ:cum pro reuerentia ordinis peccator laudatur. ẜm Grego. in paſtorali. ideo cōmendaẜ a vite ſanctitate:que fuit in ſua ꝯuerſatione. es eſſe ſcȝ charitatis et grē:quia dr̄.j.Corin. xiij. ſi charitatem non habuero nihil ſum de hoc.j.Regū.xxix. Scio quia bonꝰ es tu in oculis meis ſicut angelꝰ dei. Unuſquiſqȝ bene iudicat de his que nouit: et ideo nos qui ſolum cognoſcimus exteriora nō interiora: frequenter decipimur iudicando de bonitate alioꝝ. nihil em̄ poſſumus ſcire; niſi ex credulitate; ſed xp̄us

qui intuetur cor teſtimoniū perhibet de
homine. Scio (inquit) q bonus es tu.
qđ patet. nam ex charitate et dilectione
ſolum ſumus boni: et xp̄us requiſiuit ab
eo Johan.xxi. Simon iohannis diligis
me? vbi dicit Auguſt. Interrogat domi-
nus petrū ꝛc. Sed eſt bonus ſicut ange-
lus dei propter duo. Primo quia angelꝰ
eſt nomē officij: non nature. eſt enī nun-
cius: qui nō diuertit̄ a mandato domini:
nec minis: nec blanditijs: ſic prelatus eſt
bonus qn̄ non flectitur ab his que agere
debet ſm deum: nec benedictione adulā-
tium: nec maledictione detrahentiū. Di-
ctum fuit.ij.Regū.xiiij. Sicut angelꝰ do
mini: ſic eſt dn̄s meꝰ rex vt nec bn̄dictiōe
nec maledictione moueat̄. Secūdo ſtatꝰ
iſte.ſ.prelatoꝝ requirit vitam angelicam
non humanā. Angelus dn̄i exercituū eſt
Malachie.ij.

Tertia pars.

¶ Tertio commēdatur
D a ſciētie profunditate: que patuit in ſua
reſpōſione.petrꝰ.qui in euangelio hodi-
erno.cum xp̄s ꝓpoſuiſſet duas q̄ſtiones
diſcipulis.de ſcđa reſpōderūt diſcipuli:
nec determinatur ibi que fuerit: de p̄ma
reſpōdit petrus. Prima queſtio fuit iſta
Interrogat ieſus diſcipulos ſuos dicēs.
Quē dicunt hoīes eſſe filium hominis?
Interrogat autem quaſi neſciens quid
alij de ipſo dicerent: aut ſentirent: vt po-
ſteris exemplū daret de ſeipſis interrogā
di. Sicut enī oculus nō videt ſe: ſed aliū
ſic homo precipue in dignitate conſtitu-
tus: defectus ſuos non percipit: ſed alio-
rū: et nititur feſtucā de oculis alioꝝ erue
re: trabem in oculo ſuo non conſiderans.
Male vidit ſe Roboā cum dixit. iij. Re-
gū. xij. Minimus digitus meus groſſior
eſt dorſo patris mei. Expediret nāq; eis
frequēter ꝙ interrogarēt quid d̄r de eis.
Job.xij. Interroga iumenta.i. ſimplices
homines: ꝛ docebūt te: ꝛ volatilia celi.i.
altiora ſapiētes: ꝛ indicabūt tibi. Nūc au
tem tanq̄ nihil reprehenſibiliter agant:
optime dictū ſeruant apoſtoli.j. Cori.x.
Nihil interrogantes ꝓpter conſcientiaʒ
ſupple reprehendentē et remordentem ſi
ſcirent q̄d de eis dicat̄.nō ſolū aūt nō in-
terrogāt: imo ſi quis nō interrogatꝰ loq̄-
tur: caput ei frangit̄; ſicut dixit quedam
ſtatua in prouincia: que erat poſita ad cu
ſtodiendas res ab hoſtibus: quibus cō-
minantibus ꝙ ſi dicerent qui eſſent ra-
ptores: verberarent eam: ꝛ ſic bona capi-
entes abierūt. Cū poſtea alij ſuperueniē-
tes peterent qui bona rapuerāt: reſpon-
dit. Tempora mutant̄: homines deterio-
rantur: et qui veritatē dixerit: caput ei
frangitur. Audi aduerte tace ſi vis viue-
re in pace. dicunt lōbardi. Audiuimꝰ que
ſtiones: audiamꝰ reſpōſiones. Dicunt ei.
alij iohannē baptiſtā ꝛc. Fideliter recitāt
opinionē alioꝝ. naʒ herodes dixit de xp̄o
Johānes baptiſta reſurrexit a mortuis:
ꝛ ꝓpterea v̄tutes operant̄ in illo. Mar.
vj. Cecꝰ curatus dixit de eo. ꝙ ꝓph̄a eſt.
Jo.ix. ꝛ ſimiliter de alijs. Hec aūt opinio
licʒ eſſʒ falſa: q xp̄s in perſona ſua/nullꝰ
erat eoꝝ: tn̄ quantū ad aliā ꝓprietatem/
erat q̄libet eoꝝ. Sicut enī aliquē multū
liberalē vocamꝰ alexādrū. fortē ſamſonē:
ſapientē v̄o ſalomonem: ſic q plenitudo
grarū et virtutū: q̄ diuiſe fuerūt et diuer
ſe: ſimul fuit in eo: potuit ob hanc cāʒ di-
uerſis noībꝰ appellari. Sed dimiſſa hac E
q̄ſtione veniamꝰ ad primā: de qua r̄ndit
petrus. Vos aūt quē me eſſe dicitis? R̄n.
ſimon petrꝰ et dixit. Tu es xp̄s ꝛc. Prius
petiuerat queʒ dicūt hoīes: nunc dicit.
Vos aūt ꝛc. Nunq̄d non puri erant ho-
mines? ſm gl. magis erant dij facti ex ho
minibꝰ. hoīes enī ſunt: qui de filio hoīs
loquunt̄. dij autē qui in eo diuinitatem
agnoſcunt. Sicut enī pulſus vene indi-
cat paſſionem cordis: ſic v̄bū oris indicat
affectū mentis: ꝛ iō qui de terra eſt de ter
ra loquit̄. Sicut enī ea que ſunt in voce:
ſunt earū que ſunt in aīa paſſionū note.
vt dicit Ph̄s in.j. de aīa. Unde ſicut īpoſ
ſibile eſt illū eſſe ſanū corporaliter: q̄ pul-
ſum habet deordinatū: ſic īpoſſibile eſt il
lum bene eſſe diſpoſitū mentaliter: qui li
benter laxat līguam ad feda et turpia. ex
ſola enim lingua iudicatur de porco ſi eſt
ſanus: vel non. Sic ex duplici reſponſio-
ne iudicantur: hi quidem homines: hi
autem dij. Ego dixi dij eſtis. pſ̄. lxxxj. qui
ſcilicet agnoſcitis diuinitatem. Vos au-
tem ſicut homines. ſcʒ qui de ſola huma
nitate loquimini. Reſpōdens ſimon pe-
trus dixit. Tu es xp̄s ꝛc. Omnes interro
gat: ſed vnus ſolus reſpōdet. ſ. petrus q̄
oībus preerat. Argumentū eſt ꝙ prelati

debẽt eſſe parati ad reſpõdendũ de que ſtionibus ꝑtinentibus ad fidẽ.iuxta illud .j.Pet.iij. Parati ſemper ad ſatiſfactionẽ omni poſcẽti vos rationẽ de ea que in vo bis eſt ſpe. Sed ſicut nõ oĩa debita ſoluũ tur:ſic nec iſtud. magis enim curãt hodie de queſtionibus vbi eſt pecunia. Vocatur aũt duobus noĩbus.ſ.ſimõ:qui interpre‐ tatur obediens. et petrus qui interpreta tur agnoſcẽs: q2 ea que ſunt fidei cũ ſupe rent intellectũ:nõ põt quis cognoſcere ni ſi obediẽdo et captiuãdo humiliter intel‐ lectũ in obſequiũ fidei iuxta illud. Si nõ credideritis nõ permanebitis (in alio.nõ intelliget3.) Eſa.vij. Tu es xp̃s filius dei viui.ecce primo cõtinẽs ſummã fidei chri ſtiane. In hoc glorietur:qui gloriatur.ſci re et noſſe me. Hiere.ix. Bene nouit eũ pe trus: qui vtrãq3 naturam.ſ.diuinitatis ⁊ humanitatis in eo confitet᷑. Xp̃s quantũ ad humanitatẽ.filius dei viui / quãtũ ad diuinitatẽ. De eo tm̃ gloriat᷑ collega ſuus btũs paulus.j.Corinth.ij. Nõ (inq̃t) iudi caui me ſcire aliquid inter vos niſi ieſum xp̃m. Plus dicit petrus.dicit em̃:quia fi‐ lius dei eſt. Dic ergo Paule:quid tibi vi‐ detur de xp̃o cuius filius eſt? Idẽ videtur ſibi ſicut et petro.niſi ꝙ hoc amplius ha‐ bet paulus ꝙ probat ex duobus.

Primo ex paterne hereditatis ꝑceptione: ſm̃ quã cõſtituit eũ heredẽ vniuerſorũ. Heb.j. Si aũt filij ⁊ heredes. Rom̃.viij. filio dicit. Oĩa mea tua ſunt. Luc̃.xv.

Sc̃do ex paterni opis imitatione: ꝑ quẽ fecit ⁊ ſecula. Si em̃ filij abrae eſtis ope ra abrae facite. Iohã.viij. Oĩa ꝑ ip̃m fa cta ſunt. Ioh.j. Audita aũt hac reſpõſio ne: xp̃s petrũ commẽdat tanq̃ bonũ re‐ ſpondẽtem dicẽs. Beatus es ⁊c̃. Eadem cõmẽdatione eſt dignus paulus ⁊c̃.ſeq̃‐ tur. nec em̃ ego ab hoĩe didici illud:ſ3 ꝑ reuelationẽ xp̃i ieſu. Explicit. Deo gr̃as.

¶ Tu princeps ep̃oꝝ:tu heres apoſtoloꝝ: tu primatu abel:gubernatu noe:patriar‐ chatu abraã:ordine melchiſedech: digni‐ tate aarõ:autoritate moyſes:iudicatu ſa‐ muel;poteſtate petrus:vnctione xp̃s. Tu es cui claues tradite:cui oues credite ſũt Sunt quidẽ et alij celi ianitores / ⁊ gregũ paſtores:ſed tu tanto glorioſius:quãto et differẽti⁹ vtrũq3 pre ceteris nomẽ heredi‐ taſti:habẽt illi ſibi aſſignatos greges: ſin guli ſingulos; tibi vniuerſi crediti / vni vnus. Nec modo ouium:ſed et paſtor: tu vnus ouium paſtor ⁊c̃.

¶ In feſto beati Matthie apl̃i. Sermo.

ABſcondiſti hec a ſapiẽtibus ⁊ prudẽtibus Mat.xj.cap.originaliter: trãſſumptiue in euangelio preſentis ſolennitatis ver bũ ſcribit᷑ nunc aſſumptũ. Quia pc̃tis exi gẽtibus / mũdus hodie varijs tribulatio‐ nibus / peſtilentijs / ⁊ terremotu horribili in q̃pluribus partibus cõturbat᷑: ex quo inſurgit opinio in quorũdã mentibus: ꝙ iſta mala finẽ propinquũ dicant vniuerſi. Et vt de iſta materia:prout deus mihi de derit:poſſim aliq̃d dicere ⁊ predicare:vo‐ lui iſtud thema recipere de euangelio ho dierno. Abſcõdiſti hec a ſapiẽtibus ⁊ pru dẽtibus. Pro cui⁹ thematis introductio‐ ne / moueo dubiũ in.iiij.diſ.xliij.art.iij.q. ij. Vtrũ tẽpus finis mũdi nõ ſit occultũ: nec abſconditũ:immo poſſit ſciri. Et vide tur ꝓbari tribus rõnibus / ꝙ tẽpus finis mũdi nõ ſit occultũ:nec abſcõditũ:immo poſſit ſciri. Prima rõ eſt naturalis:q̃ fun‐ datur in ph̃ia naturali:et eſt iſta. Omne illud cuius principiũ eſt determinatũ : et finis põt determinate ſciri:ſed principiũ mũdi determinate ſcit᷑: ergo ⁊ finis ipſi⁹; et ſic tempus finis mũdi nõ erit occultũ: Argumẽtum eſt bonũ: q2 in tertio prime. Sed maior ꝓpõ que eſt fundamẽtũ argu mẽti: fundatur in dicto ph̃i de generatio ne vbi dicit / ꝙ oĩa mẽſurant᷑ quodam pe‐ riodo.ſ.principio ⁊ fine determinato ⁊ mẽ ſurato.et ſic tp̃s finis mũdi nõ erit occul‐ tũ:nec abſconditũ. immo determinatũ:⁊ poteſt ſciri. Sc̃da rõ eſt ſcripturalis:⁊ fun datur in duobus textibus ſacre ſcripture. Prim⁹ textus eſt Apoca.xij. vbi dr̃ / ꝙ mu lier per quã ſm̃ doctores eccleſia deſigna tur: h3 locum paratũ a deo in quo paſca‐ tur diebus mille.cclx. Sc̃ds text⁹ eſt Da‐ niel.xij.vbi ponitur quidam numerus de terminatus dierũ: ꝑ quos anni ſignari vi dẽtur:ſm̃ illð qð ſcribit᷑ Ezech.iiij. Diẽ ꝑ anno dedi tibi.ergo videt᷑ ꝙ ex ſacra ſcri‐ ptura põt ſciri determinate finis mundi. Tertia rõ figuralis eſt iſta.ſtatus noui te ſtamẽti figuratus fuit in veteri teſtamen to: ſed ſcimus determinate tp̃s in quo ve tus teſtamẽtũ ſtatutũ fuit ; ergo põt ſciri

determinate tēpus in quo nouū teſtamē-
tū habebit ſtatū: ſed nouū hꝫ ſtatum vſqꝫ
ad finē mūdi: ſicut dr Mat. vlti. Ecce ego
vobiſcū ſum oībus diebus vſqꝫ ad cōſum
mationē ſeculi. ergo pōt ſciri determina-
te finis. Pro rñſione ergo qſtionis/ dicen
dū eſt ſm doctores: ꝙ ipſe finis mūdi eſt
abſconditus et occultus: et ea que in fine
mundi euenire debēt. qd pꝫ per rōnē fun
datā per locū a minori. Illud qd eſt igno-
ratū ab angelis: eſt etiā hoībꝰ multo ma-
gis occultū: qr ea ad q̄ hoīes naturali ra-
tione pertingere poſſunt: multo limpidiꝰ
et citius angeli naturali cognitiōe cogno
ſcūt. Similiter etiā reuelationes nō fiūt
hoībus niſi per angelos: vt pꝫ p Diony.
iiij. c. celeſtis hierarchie. ſꝫ angeli neſciūt
tempus determinate: vt pꝫ Mat. xxiiij.
De die illa et hora nemo ſcit: neqꝫ angeli
celorū. ergo tēpus illud hoībus eſt occul-
tum. Itē eodē modo apoſtolis fuit occul
tum et abſconditū qui habuerūt ſapiētiā
et prudētiā et reuelationes pre ceteris: vt
patet Act. j. Non eſt veſtrū noſſe tempora
vel momēta que pater poſuit in ſua pote-
ſtate. ergo a fortiori nobis. et iō dicit the-
ma. Abſcondiſti hec a ſapientibus ⁊ pru-
dentibus. ſ. ab angelis et ab apoſtolis.
B ¶ Ad rōnes prius factas reſpondet/ ⁊ pri
mo ad primā que dicit ꝙ illud cuius prin
cipiū eſt cognitū etiam ⁊ finis determina
te pōt ſciri: qr oīa mēſurātur quodā perio
do ſm pħm. dicēdū ꝙ illa quoꝝ finis co-
gnoſcitur cognito principio opꝫ menſurā
nobis eſſe cognitā. et ideo cognito princi
pio alicuius rei cuius duratio mēſuratur
motu celi: poſſumꝰ cognoſcere eiꝰ finē. eo
qr motus celi eſt notus nobis. ſed mēſura
durationis motus celi eſt ſola diuina diſ-
poſitione que eſt nobis occulta: ⁊ iō quā-
tūcunqꝫ ſciamus eiꝰ principiū: finē eiꝰ ſci
re nō poſſumus. Ad ſcđm dicendū/ ꝙ per
mille ⁊. ccxl. dies de quibꝰ fit mētio Apo-
cal. xij. ſignificat omne tēpus quo eccleſia
durat: et nō aliquis determinatus nume
rus annoꝝ: qr in ſacro eloquio/ ſepe poni
tur determinatus pro numero indetermi
nato. et ecōuerſo. ſicut dr Eccl's. j. Stulto
rum infinitus eſt numerus. vel pōt refer-
ri ad numerū predicationis xpi ſuper quā
fundatur eccleſia: que durauit tribus an-
nis cū dimidio: quod tēpus fere continet
equalē numerū dierū numero predicatio-
nis. ſimiliter numerꝰ dierū q̄ ponit in da
niele non eſt referēdus ad numerum die-
rum aliquoꝝ qui ſit vſqꝫ ad finem mūdi/
vel vſqꝫ ad predicationem antichriſti: ſed
debet referri ad tēpus quo predicabit an
tichriſtus: ⁊ quo perſecutio eius durabit.
Ad tertiū dicendum ꝙ ꝗuis ſtatus noui
teſtamēti in generali ſit prefiguratꝰ in ſta
tu veteris teſtamēti: nō tñ oportet ꝙ ſin-
gula reſpondeant ſingulis/ precipue cum
in xpo oēs figure veteris teſtamēti fuerūt
complete. et ideo Aug. xviij. de ciuita. dei
reſpondet quibuſdā qui volebant accipe-
re numerū perſecutionū: quas eccl'ia paſ-
ſa eſt ſm numerum plagarum egypti. di-
centes p illas res in egypto iſtas perſecu
tiones pphetice ſignificatas. etiā non ar
bitror ꝗuis ab eis qui hec putāt exquiſi-
te et ingenioſe illa ſingula his ſingulis cō
parata videātur nō pphetico ſpū: ſed cō-
iectura mentis humane que aliquādo ad
verum peruenit: et aliquando fallitur. Et
ſimiliter videt eſſe de dictis abbatis ioa-
chim per tales coniecturas de futuris ali
qua vera predixit: et in aliq̄bus deceptus
fuit. Et ſic ex oībus iſtis patet ꝙ tempus
finis mundi eſt nobis occultum ⁊ abſcon
ditum ſm ſanam ⁊ ſolidā doctrinā docto
rū. ergo non poſſumus nec debemus diffi
nire p terremotus. nec alia mala que nos
hic premunt: ꝙ ſint ſigna determinati tē-
poris finis mundi. et non immerito iſtud
eſt nobis occultum et abſconditum. qr de
us voluit illud eſſe abſconditum a ſapien
tibus ⁊ a prudētibus. i. angelis: de q̄bus
dicit magiſter in. ij. ſen. diſt. iij. ꝙ ſcīe acu
mine vigent. ſ. mali angeli. ergo a fortiori
boni et ſancti: etiam apoſtoli qui ſunt ſa-
piētes/ iuxta verbum xpi loquētis de apo
ſtolis. Ecce ego mitto ad vos pphetas et
ſapiētes et ſcribas ⁊ ex illis occidetis ⁊c.
Mat. xxiij. et hoc oſtendunt verba thema
tis preaſſumpti. Abſcondiſti hec a ſapien
tibus et prudentibus. ſ. angelis et apoſto
lis quod fuit thema. Pro pſecutione the
matis intendo facere tres tractatꝰ: prout
in ſancto eloquio tres legimꝰ abſcōſiōes.
Prima eſt abſconſio diuina.
Scđa eſt abſconſio diabolica.
Tertia eſt abſconſio humana.

Prima pars.

¶ Dico pmo ꝙ pma ab-

ſcõſio eſt diuina. deus enim abſcõdit tria
principaliter ab hominibus.
Primo conſiliũ redẽptionis humanalis.
Scđo viſionem faciei diuinalis.
Tertio tempus finis generalis.
E ¶ Dico primo ꝙ deus abſcõdit ab homi-
nibus conſilium redemptionis humana-
lis. Deus enĩ ab eterno in conſiſtorio tri-
nitatis habuit ꝯſiliũ determinatũ: ꝙ dei
filius qui eſt ſcđa perſona in trinitate de-
beret incarnari et redimere genus huma-
num. Iſtud cõſilium fuit abſconditũ ho-
minibus ante incarnationem. qđ conſide
rans admirabatur Aug. in ſui conuerſio-
ne: de quo habetur in lib. cõfeſ. Nec ſatia
bar illis diebus conſiderare altitudinem
diuini cõſilij ſuper ſalutem humani gene
ris. Et ſi dicatur ꝙ doctores dicunt: et ſi-
gnanter ſctũs Tho. ij. ij. q. ij. ar. vij. in. iij.
par. q. xiij. ad quintũ. et in queſtionib⁹ de
veritate: ꝙ quãdo deus miſit ſoporem in
adam: tunc deus reuelauit myſterium in-
carnationis. Dicẽdum eſt ꝙ verũ eſt quã
tum ad effectum: non aũt quantũ ad cau
ſam. ita ꝙ reuelauit ſibi ꝙ filius debebat
incarnari: ſed non indicauit ꝙ propter re
demptionem generis humani eſſet incar-
nandus. Et lꝫ prophete ſciuerunt: non ta
men perfecte nec clare: et iđ dixit Eſa. xix.
Ubi nunc ſunt ſapientes tui? Annũcient
tibi et indicent quid cogitauerit dñs exer
cituum ſuper egyptum. i. ſuper mũdum ſi
illud ſciunt. q. d. non. Sed iſtud abſcõdi-
tum/ fuit reuelatum in incarnatione ꝑ fa-
cti euidentiã: quando verbum caro factũ
eſt. ⁊ poſtea perfectius per predicationem
apoſtoloꝝ. ſ. petri et pauli et alioꝝ/ ⁊ bea
ti matthie: qui forte electus fuit ad mani
feſtandum iſtud ſecretum et abſcõditum.
Dic aliquid de hiſtoria. De iſto ſecreto ab
ſcõdito quod reuelauit beatus matthias
in ſua predicatione: põt intelligi illud qđ
paulus de ſe dicit Ephe. iij. Mihi enĩ om
niũ ſanctoꝝ minimo/ data eſt gratia hec:
in gentib⁹ euangelizare inueſtigabiles di
uitias chriſti: ⁊ illuminare omnes: que ſit
diſpenſatio ſacramenti abſconditi a ſecu
lis. Et hec de primo minus principali.
D ¶ Dixi ſecundo ꝙ fuit ab hominibus ab-
ſcondita viſio faciei diuinalis. Licꝫ enim
adam ſm doctores/ ante pctm̃ videret de
um perfectius ꝙ̃ nos nũc: propter pecca-
tum tñ eius abſcõdit ab eo/ et a nobis fa
ciem ſuam. de qua abſcõſione locutus eſt
Eſa. lix. Iniquitates veſtre diuiſerunt in-
ter vos et deum veſtrum: ⁊ peccata veſtra
abſconderũt faciem eius a vobis ne exau
diret. Dedit enim deus illam ſententiam
contra genus humanum: quam dedit da-
uid abſalon. ij. Reg. xiiij. Reuertat̃ in do
mum ſuam: et faciem meam nõ videat. et
immo dicit dñs moyſi. Uidebis poſterio-
ra mea: faciem autem meã videre non po
teris. Exo. xxxiij. Iſtud autem abſconditũ
reuelauit nobis ĩ ſua benedicta natiuita-
te et apparitione: illam. ſ. beatã faciẽ nu-
be carnis oculis nr̃is obtenebrando (al's
oſtendendo) Iſta reuelatio fuit figurata
Exo. ij. vbi dicitur ꝙ mater moyſi videns
filium elegãtis forme: abſcõdit eũ tribus
menſibus. Cunqꝫ iã celare nõ poſſet: ſum
pſit fiſcellam ſcirpeam et liniuit eam bitu
mine et pice: poſuitqꝫ intus infantulũ: et
expoſuit eũ in charecto ripe fluminis: et
inuenit eum filia pharaonis. Pater moy
ſi eſt deus: qui abſcondit filium ſuum tri-
bus mẽſibus. ſ. tẽpore nature primo inſti-
tute. ſcđo tẽpore nature poſt pctm̃. tertio
tẽpore legis ſcripture. Sed cum iam cela
re nõ poſſet. ſ. propter neceſſitatẽ generis
humani: ſumpſit fiſcellam ſcirpeã. ſ. virgi
nem mariã: ⁊ liniuit eam. ſ. bitumine cha
ritatis interius: et pice virginitatis et in-
corruptionis exterius: poſuitqꝫ intus in-
fantulum: et expoſuit eum ripe fluminis.
hoc eſt huius mũdi tribulationibus ⁊ pe
nis: ſed non culpis. Due ripe fluminis hu
ius mundi/ ſunt pena ⁊ culpa: vni ripe ſo
lum expoſitus fuit xp̃s. ſ. pene. et tradidit
eũ filie pharaonis. i. ſynagoge: cuius filiũ
ſe eẽ poſtea negauit: cũ eccleſiã ſibi in paſ
ſione deſpõſauit. ꝓpter qđ poſſumus ſibi
dicere. Uere tu es de⁹ abſcõdit⁹ de⁹ iſrl' ſal
uator. Eſa. xlv. Et h̃ de ſcđo min⁹ ꝑncipali
¶ Dixi tertio minus ꝑncipaliter: ꝙ deus
abſcõdit ab hoib⁹ tẽp⁹ finis gñalis. Pro E
quo notãdum/ ꝙ multi hodie opinantur
propter terremotũ: ꝓpter peſtilẽtias: pro
pter guerras et diuiſiones regnoꝝ ⁊ ciui-
tatũ/ ⁊ fere totius orbis: ꝙ oĩa iſta ſint ſi
gna finis mũdi: et ꝑ ꝯñs arguũt ex hoc ꝓ
pinquitatem finis generalis: et fundant
opinionẽ ſuã in textu ſctĩ euangelij Mat
thei. xxiiij. vbi habetur. Et egreſſus ieſus
de tẽplo ibat. Et acceſſerũt diſcipuli eius
vt oſtenderent ei edificationes tẽpli. Ipſe

reſpondēs dixit illis. Uidetis hec om̄ia? Amen dico vobis: non relinquetur hic lapis ſuper lapidem qui non deſtruaẗ. Se-dente aūt eo ſuper mōtem oliueti: acceſſerunt ad eum diſcipuli ſecreto dicētes. Dic nobis qn̄ hec erunt: et quod ſignū aduentus tui ⁊ cōſummationis ſeculi? Et reſpōdēs ieſus dixit eis. Uidete ne quis vos ſeducat. Multi em̄ venient in nomine meo dicētes. Ego ſum xp̄s: et multos ſeducēt. Audituri em̄ eſtis prelia ⁊ opiniones preliorum ⁊c̄. ſequitur. Conſurget enim gēs in gentem: et regnum in regnum: ⁊ erunt peſtilentie et fames et terremotus per loca ⁊c̄. Et qm̄ abūdabit iniquitas: refrigeſcet charitas multoꝝ. Et multa alia ſigna ponuntur in hoc euangelio: que oīa propinquum finē demonſtrāt. Cū hoc etiam concordat beatus Marcus. c. xiij. ponēs eadem ſigna: que ponit mattheus reiterādo: et ſignāter dicit. Exurget em̄ gens cōtra gentem: et regnū ſuper regnū: ⁊ erunt terremotus per loca et fames. Initiū dolorum hec. Cum hoc etiā concordat Luc. xxj. c. eadem ſigna ponendo. Surget gēs contra gentem: et regnū aduerſus regnū: et terremotus magni erunt per loca: ⁊ peſtilentie et fames: terroreſq̄ʒ de celo: et ſigna magna erūt. Dicūt ergo. iſti tres euā-geliſte concordant in iſtis ſignis: q̄ demōſtrant propinquitatem finis mūdi. ⁊ non ſolū iſta ſigna: ſed et multa alia que apoſtoli in ſuis epiſtolis poſuerūt: iam in nobis experimur. ergo cōcludimus ꝙ finis ſit mundi. Propter qd̄ multi inſipiēter iā predicāt determinatū tēpus finis mūdi. quidā. vij. annos: quidā. x. et quilibet ꝓut ſibi placet. quod tamen falſum eſt. Audite determinatā veritatem doctoris Aug̃. in ep̄l'a de die iudicij ad heſitium dic̄. ſic. Si-gna que in euāgelijs ponūtur: nō oīa pertinent ad ſcd̄m aduētum qui erit in fine. Sed quedam eoꝝ pertinent ad tēpus deſtructionis hieruſalem: que iam preterie-runt: quedā v̄o et plura eoꝝ pertinent ad aduentum quo quotidie ad eccleſiā ſuam venit: etiam ſpiritualiter viſitās prout inhabitat nos per fidem et amorem. Nec illa que in euangelijs vel in epiſtolis ponū-tur: ad vltimum aduētum ſpectantia: ad hoc poſſunt valere vt determinate tempus finis mundi vel iudicij poſſit cognoſci: q2 illa que pronunciantur nunciantia chriſti vicinum aduentum: etiam a tēpore primitiue eccleſie fuerunt qn̄q̄ʒ intenſius qn̄q̄ʒ remiſſius. vnde ⁊ ipſi dies apoſtolorum dicti ſunt dies nouiſſimi: vt p3 Act. ij. vbi petr⁹ exponit illud Johel'. ij. Et erit in nouiſſimis dieb⁹ ⁊c̄. et tamen ex illo tēpore ꝙ plurimum tranſiuit. et quandoq̄ʒ plures quādoq̄ʒ pauciores tribulationes in eccleſia fuerūt. Unde non poteſt determinari tempus quātum ſit futurum: nec de menſe: nec de anno: nec de centum: nec de mille: vt Augu. in eodem lib̄. dicit. Et ſi credatur in fine huius pericula magis abundare: non tamen poteſt determinari que ſit illa quātitas periculorum: que immediate diē iudicij precedēt: vel antichriſti aduentum: cum etiam tempore primitiue eccleſie fuerunt perſecutiones alique adeo graues: et corruptiones erroꝝ adeo abundarent: ꝙ ab aliquibus tūc vicinus putaretur vel imminens antichriſti aduētus: ſicut dicitur in eccleſiaſtica hiſtoria: et in lib̄. j. de viris illuſtribus. ¶ Item etiam tempus finis mūdi nō poteſt ſciri nec per naturalē rationem: nec per reuelationem. Nō per naturalē rationem: q2 ſimul erit finis mundi et ceſſatio motus celi. ex motu aūt accipitur numerus oīm que determinato tp̄e per naturalē rationē facta preuidētur. Ex motu aūt celi nō poteſt cognoſci finis eius: quia cū ſit circularis: ex hoc ipſo habet ꝙ ſm̄ naturā ſuā poſſit in perpetuū durare. ⁊ ſic naturali rōne non pōt ſciri tēpus qd̄ erit vſq̄ʒ ad finem mundi. Similiter nec ꝑ reuelationē haberi poteſt: iō vt hoīes ſint ſolliciti ſemꝑ ⁊ parati ad occurrendū. Et ꝑpter hoc ap̄lis q̄rētibus. Dn̄e ſi in tp̄e hoc reſtitues regnum iſrael? dixit ieſus. Nō eſt veſtrū noſſe tp̄a vel momēta q̄ pr̄ poſuit in ſua poteſtate. Act. j. ſuꝑ quo Aug̃. dicit li. xviij. de ciui. dei. c. liij. Nō vtiq̄ʒ illi de hora vel die vel anno: ſed de tēpore interrogauerāt: qn̄ illud accepere rūſum. ſequiẗ. Oīm de hac re calcātiū digitos reſoluit: ⁊ quieſcere iubet ille q̄ dicit. Nō eſt veſtrū noſſe tp̄a vel momēta ⁊c̄. Nō dicit diē: nec horā: ſ3 tp̄a. qd̄ em̄ ap̄lis noluit indicare: nec alijs reuelabit. vnde oēs illi qui tēpus predictū numerare voluerunt: hactenus falſiloqui ſunt īuēti. Quidā em̄ vt Aug̃. dicit ibidē dixerūt ab aſcēſiōe dn̄i vſq̄ʒ ad ei⁹ vltimū aduētū q̄dringētos annos poſſe cōpleri.

aliȷ quingentos : aliȷ mille:quoꝝ falſitas
ptꝫ ⁊ ſic patebit eoꝝ qui adhuc cōputare
nō ceſſant. Poſſunt adhuc dicere iſti qui
numerāt tēpus finis mūdi.deꝰ pōt reue⸗
lare ⁊ de facto reuelabit.qđ ptꝫ per illud
qđ ſcribit Amos.iiȷ. Non faciet dn̄s deꝰ
ꝟbū:niſi reuelauerit ſecretū ſuum ad ſer⸗
uos ſuos ꝓphetas. Ad qđ reſpōdet glo.
ſanctoꝝ dicēs ſic. Non oīa reuelat domi⸗
nus:niſi vtilia nobis. Ex quo daꝶ intelli⸗
gi ꝙ illa ꝑ diuinā prouidentiā reuelātur
hoībus anteꝙ̄ fiant:q̄ ſunt eis neceſſaria
ad ſalutē. Et ideo ſcire diē et horā mortꝭ:
hoc non eſt neceſſariū ad ſalutē:imo eſſet
ꝙ̄plurimū nociuū: ⁊ ideo rariſſime reue⸗
latur:quia nihil certius morte: ⁊ nihil in
certius hora mortis. Scire etiā quātum
tēporis mūdus hꝫ durare:et qn̄ erit con⸗
ſummatio eiꝰ:inutile eſt hoībꝰ:nec expe⸗
dit.iō non inueniꝶ ſcriptū ꝙ alicui homi
ni vnq̄ꝫ fuerit reuelatū.et iō Augu.ī qua
dam epl'a. Latet vltimꝰ dies vt obſeruen
tur oēs dies.nā tunc paranꝶ remedia: cū
mortis imminent pericula.hec ille. Et ſic
ptꝫ ex oībus que dicta ſunt:quia nec pro⸗
pter terremotū:nec ꝓpter famē/peſtilen
tias/guerras/et alia ſigna data in euan⸗
gelijs:poſſumus ſcire determinatū tem⸗
pus finis mūdi. Propter qđ ego poſſum
dicere toti mundo: ꝙ ea q̄ erunt circa fi⸗
nē mundi:vt perſecutiones:mala ⁊ ꝯſum
matio ſeculi abſcōdita ſunt ab ocl'is tuis
Luce.xix. Et iō quia ignotū eſt nobis: de
bemus eſſe magis cauti et auiſati: ⁊ ſemꝑ
in grā et pnīa:vt ſi forte deus vellet nos
morte ſubitanea perire:terremotu:vl' ſub
uerſiōe domoꝝ: ſicut alibi fecit morte pre
uenire:inueniat nos paratos : ſicut ipſe⸗
met auiſat nos dicēs Mat.xxiiiȷ. Mar.
xiiȷ. ⁊ Luce.xiȷ. Ideo et vos eſtote parati:
qꝛ neſcitis diem:neq̄ꝫ horam.

Tertia pars.

B ¶ Dixi tertio ꝙ eſt ter⸗
tia abſconſio.ſcꝫ humana. Abſcondit em̄
homo inſipiens tria.ſcꝫ
Beneficia diuina.
Maleficia criminalia.
Bona fraterna.

¶ Primo beneficia dei ingratus abſcon⸗
dit:qui proſpera et aduerſa a deo omnia
eſſe non credit: nec eidem pro eis laudes
ſoluit. Reſpice ad ioculatores qualiter
raupas et veſtes a nobilibꝰ eis datas nō
abſcondūt:ſed circūferunt.laudant ⁊ ma
gnificant largitorem. Sic deberent homi
nes facere de proſperis et aduerſis a deo
acceptis.vtraq̄ꝫ em̄ beneficia dei ſunt:et
plus aduerſa q̄ꝫ proſpera. Et iō dicit Io⸗
hānes Lemouicenꝭ. ī de ſomnio pharao
nis loquens de ioſeph/qn̄ trāſibat de ad⸗
uerſitate ad proſperitatē. Nunc ſiniſtrum
latus dolet: ſed lateri dextro dolorē im⸗
minere formidat. qm̄ licꝫ vtraq̄ꝫ fortuna
formidabilis ſit:formidabilior tamen eſt
proſpera ꝙ̄ aduerſa. nam aduerſa pre⸗
mit aduerſarium:ſed proſpera perdit in⸗
cautū. Sic homīes qui ſunt in ſanitate/
abūdantia/⁊ proſperitate:non recogno⸗
ſcunt deū:committunt peccata:et ſunt in
magno periculo: ⁊ abſcondūt beneficia/
deo non regratiando: ⁊ ideo deus dat no
bis iſtas tribulationes/peſtilētias/⁊ ter⸗
remotus:vt ſic ſaltem tribulationibꝰ at⸗
triti conuertamur ad deū : qꝛ vt dic̄ Gre⸗
gorius.mala que nos hic premūt:ad deū
nos ire compellūt. Et tūc dicetis cū pſal⸗
miſta.pš.xxxix. Iuſticiam tuam non ab⸗
ſcondi in corde meo.ſ.regratiando de tri
bulationibꝰ datis:que ꝑ iuſticiā deſignā
tur.qꝛ mala que patimur: peccata noſtra
meruerūt (inquit Greg̃.ſeu Hieronym̄.)
Debemus ꝰ̃ dicere cū pš ibidē. Non ab⸗
ſcondi mīam tuā et veritatē tuā: a conci⸗
lio multo.et h̄ regratiādo de bn̄ficijs pro
ſperitatis:que per mīam denotātur.

¶ Dico ſcđo ꝙ homo inſipiens abſcōdit
ſuos actus criminales. Iſti ſunt hoīes et
mulieres imprudentes: qui pctā ſua ab⸗
ſcondunt in cōfeſſione:nec volūt reuela⸗
re ea. Iſti ſunt ſimiles rachel:que furata
fuit idola patris ſui et abſcōdit ea. Gen̄.
xxxȷ. Idola ſunt pctā q̄ furatur quilibet
pctōꝛ diabolo pr̄i ſuo: ⁊ abſcōdit illa ſub
ſtramine aſini.i.ſenſualitatis:que īducit
verecundiā.magna inſipientia eſt. ignis
em̄ non abſcondiꝶ in ſtupa. Prouerb.vȷ.
Nunq̇d poteſt homo abſcondere ignē in
ſinu ſuo vt veſtimenta illius non ardeāt.
aut ambulare ſuper prunas vt non com⸗
buranꝶ plante eius. q.d.non. ⁊ certe non
quia vt ſcribiꝶ Eccl'i.xȷ. A modica ſcintil⸗
la augetur ignis. Sic peccata augenꝶ:ſi
ſtatim per penitētiam non delētur : quia
ſm̄ Grego. Peccatū quod per penitentiā
non diluitur; mox ſuo pondere ad aliud

trahit. Et ideo melius eſt pctā ſtatim per
confeſſionem et penitentiā extinguere: ꝙ
dimittere vt augeantur. Citius em̄ extin-
guitur modica ſcintilla ignis ꝙ magna.
et ideo dixit ſapiens Prouer. xxviij. Qui
abſcōdit ſcelera ſua: nō dirigetur. qui aūt
cōfeſſus fuerit: ⁊ reliquerit ea: miām cōſe
quetur. Sed ſunt quidā mali xpiani: q̄ be
ne reuelant peccata ſua cōfeſſoribus inſi-
piētibus dicēdo. ſufficit mihi ꝙ confeſſor
meus habet clauē potētie: nō curo de cla
ue ſapiētie. Iſti credūt decipere deū: ⁊ de
cipiūt ſeipſos: qm̄ tāta et forte maior ſciē
tia requiritur in cōfeſſione ad diſcernēdū
pctā: ꝙ ad predicandū verbū dei. De iſtis
cōfeſſoribus ignorātibus: et de illis q̄ con
fitētur eis tali intentione: verificat̄ illud
Mat. xv. et Luc. vj. Si cecus cecū ducat:
ambo in foueam cadūt. et ideo poteſt di-
ci cuilibet iſtoꝝ/ nr̄m thema cū hoc quod
ſubditur. Abſcondiſti hec a ſapiētibus et
prudentibus.

¶ Dico tertio ꝙ homo inſipiens abſcōdit
indebite bona fraterna. Bona em̄ tēpora
lia que dat de⁹ cuilibet ex charitate: ſunt
indigentium: et debent eis impartiri: ⁊ q̄
elemoſynā loco et tempore non tribuit in
digenti: abſcōdit rem proximi: et ideo di-
citur Eccl'i. xxix. Perde pecuniam propter
fratrem et amicum: et non abſcondas illā
ſub lapide in pditionē. Primo dicit. Per-
de pecuniam. perde (inquā) vt ſemen ad
tempus perditum in futurum multiplice
tur. Prouerb. xj. Semināti iuſticiā. i. rem
iuſte acquiſitam/ merces fidelis. Secūdo
dicit. nō abſcōdas illam ſub lapide. i. ſub
duro corde et auaro. et bene dicit ſub lapi
de. de lapide enim non extrahitur liquor
vel humor: ſic nec de tali. Eccl'i. iij. Cor du
rū habebit male in nouiſſimo. quia in iu-
dicio male recipiet. Tertio dicit in perdi-
tionem. ſicut enim ſarcina ſimul cum na-
ue perditur: et nauem aliquando ſubmer
git: ſic auaricia et bona male acq̄ſita per-
duntur in morte: et perdunt etiā poſſiden
tem. vnde dicit ſapiens. Perde pecuniam
propter fratrem et amicum. ⁊ non abſcon
das ſub lapide in perditionem. Et ſic pa-
tet triplex abſconſio. ſ. dei/ diaboli/ et ho-
minis. fac finem. Explicit ſermo iſte. Deo
gratias.

¶ In feſto ſancti Thome aq̄natis/ docto-
ris angelici. Sermo. j.

Inuocaui et ve-
nit in me ſpiritus ſapiētie.
tram:ꝛ arcū et egredere foras. Gen. xxvij.
ſcꝫ ad pugnandū cōtra demones. Sume
ergo arma:nō quecunq;:ſed ſacre ſcriptu
re. Sacra ſcriptura eſt pharetra:ꝛ eſt arc⁹
Primo eſt pharetra. nā ſicut in pharetra
abſcondūtur iacula quibus inimicus per
cutitur et vulnerat̄ : ſic in ſacra ſcriptura
latēt quattuor ſenſus principales. hiſtori
cus/allegoricus/tropologicus/ et anago
gic⁹; et multi alij ſenſus ꝑticulares quaſi

infiniti: quibus mediãtibus errores here-
ticoꝝ ⁊ infideliũ per demonẽ ſeminati: ex-
pugnãtur ⁊ eijciunt. Et ideo btũs Augu.
ſuꝑ Geñ. ad lrãm/hortat nos ad legendũ
libros ſacre ſcripture: vbi latent ſenſus ſi-
cut iacula in pharetra dicẽs. In oĩbus li-
bris ſacre ſcripture opʒ ĩtueri q̃ eterna in-
timent/quãtũ ad ſenſum anagogicũ. que
D facta narrent/ quãtũ ad ſenſuʒ hiſtoricũ.
que futura nũcient/ quãtũ ad allegoricũ.
que agẽda precipiãtur ſeu moneant/quã-
tũ ad tropologicũ. Propter qḋ põt dicere
ſctũs thomas. In pharetra ſua abſcõdit
me. Eſa. xlix. Scḋo eſt arcꝰ ſacra ſcriptura
nã ſicut ꝑ arcũ emittunt ſagitte ꝯ aduer-
ſariũ: ſic per ſacram ſcripturam fiũt ⁊ for-
mãtur argumẽta cõtra hereticos. fiũt ſo-
lutiones ad denudandũ eoꝝ ſophiſmata
et ideo dicit Greg. xix. moral. c. vlti. Ab ar-
cu ſacre ſcripture deꝰ ſagittas emittit: q:
ad eos quos per timorẽ corripit: accẽſas
verborũ ſnĩas mittit. Sic armauit ſe xp̃s
in deſerto ad pugnãdũ cũ diabolo. nã cõ-
tra oẽs ictus diaboli ſemꝑ appoſuit ſcu-
tũ vel clypeũ ſacre ſcripture. Nã tribus lã-
ceis diaboli xp̃s oppoſuit ſibi ſcutum vel
dnica . 1 . in quadrage clypeũ dĩ. Scriptũ ẽ. Nõ ĩ ſolo pane viuit
hõ: ſʒ in oĩ verbo quod ꝓcedit ex ore dei.
Deut. viij. Scḋa fuit qñ diabolus ſtatuit
eũ ſupra pinnaculũ tẽpli ⁊ dixit ei. Si fi-
lius dei es mitte te deorſum. Cui xp̃s op-
poſuit clypeũ ſacre ſcripture dĩ. Scriptũ
ẽ. Nõ tẽtabis dñm deũ tuũ. Deut. vj. Ter-
tia fuit qñ diabolus aſſumpſit eum ſuper
montẽ excelſum valde: ⁊ oſtẽdit illi oĩa re-
gna mũdi ⁊ dixit. Hec oĩa tibi dabo ſi ca-
dẽs adoraueris me. Cui xp̃s ſtatim oppo-
ſuit clypeũ ſacre ſcripture dicẽs. Vade re-
tro ſathana. ſcriptũ eſt enĩ. Dñm deũ tuũ
adorabis et illi ſoli ſerues. Deut. vj. et. x.
Tũc reliquit eũ diabolus. Et ſic victꝰ eſt ⁊
eiectus per magiſtrũ ⁊ doctorẽ nr̃m xp̃m.
Cuius modũ ſumpſit ſctũs thomas ⁊ exẽ-
plum: qui in oĩbus libris ſuis tam in ſcri-
ptis ſupra ſnĩas: ꝙ in ſummis: ꝙ etiã in
ſumma cõtra gẽtiles/reprobãdo errores
gentiliũ/et hereticoꝝ: contra doctrinã de-
moniorũ ſemꝑ fundat dicta ſua in aliquo
textu ſacre ſcripture: vel in dicto alicuius
autoris autẽtici: qḋ nõ oẽs doctores mo-
derni faciunt. et ſic ſemper muniuit ſe/ et
doctrinam ſuam armis ſacre ſcripture. Et
ſic tanꝙ fortis armatus preliatur contra
demonem et eum ad terram eijcit: ⁊ ab ec-
cleſia expellit. Et q: virtus pugnandi: per
quã eijcit demonia: eſt ſibi data a deo: iõ
de tãto dono regratiatur dicẽs pſ̃. cxliij.
Benedictus dñs deus meus q̇ docet ma-
nus meas ad preliũ: et digitos meos ad
bellum. Et iſta attendentes demones. et E
conſiderantes vlterius ꝙ tempore docto-
rum antiquoꝝ. ſ. origenis/athanaſij/hila-
rij/et damaſceni. qui opera miranda fece-
runt: tunc magi pharaonis/ hoc eſt here-
tici demonũ ſectatores/multos errores
ſeminauerunt. et hoc reſpondet primo ſi-
gno moyſi. Secundo tempore Hiero. am-
broſij/auguſtini/et gregorij: q: opera mi-
rabiliora fecerunt: tunc etiam magi pha-
raonis/ hoc eſt heretici demonũ ſectato-
res in errores varios ſunt prolapſi. tẽpo-
re enim iſtorum fuit ſecta manicheorũ: et
hoc reſpondet ſecũdo ſigno moyſi. Tertio
modo in fine tẽporis beati thome ⁊ alio-
rum doctorum ſuo tempore cõcurrẽtium
propter claram doctrinã ſanam et funda-
tam ſanctiſſimi doctoris: iã magi pharao-
nis/hoc eſt heretici tacent vidẽtes repro-
bationem errorum ſuoꝝ in operibus ſan-
cti thome late/⁊ clare traditam. Vix inue-
nies aliquem errorem: cuius reprobatio-
nem in libris ſancti thome nõ inuenias:
et ſignanter in ſumma contra gentiles: et
ideo heretici et demonũ ſectatores in do-
ctrina ſancti thome tãꝙ in tertio ſigno ve-
lut magi pharaonis deficientes: confiten-
tur deo quod magi confeſſi ſunt de moyſe
dicentes. Digitus dei eſt hic. Exodi. viij.
¶ Vt autem aliquid loquamur moraliter Prima
ſm̃ tempus: notãdum ꝙ per digitum dei
intelligit penitẽtia ſacramentalis. Cuius
ratio eſt: ꝙ vſus digiti eſt ad tria.
Primo digito pulſum tangimus.
Secundo digito ſcribimus.
Tertio digito feces eijcimus.
Sic ſpũaliter ꝑ pnĩam pulſus cordis tan-
gitur. per cõtritionẽ pctã ſcribũtur. ꝑ con-
feſſionẽ feces. i. affectus peccãdi expellũ-
tur ꝑ ſatiſfactionẽ. Et q: ſancta mater ec-
cleſia nunc abundat in penitentia: poteſt
dicere illud Cañ. v. Manꝰ mee ſtillauerũt
myrrhã: et digiti mei pleni myrrha proba-
tiſſima. Vbi aduertendum ꝙ per myrrhã
que eſt amara: denotat auſteritas pnĩe: q̃
dʒ eſſe in quinqʒ digitis: vel in quinqʒ re-
bus ad pnĩam pertinẽtibꝰ q̇ quidẽ digiti

ſunt pollex/index/medius/medicus/ au-
ricularis. Pollex eſt cōtritio. index eſt cō-
feſſio. medius eſt ſatiſfactio. medicus eſt
cordis dilectio. auricularis vel minimꝰ ē
cordis humiliatio. Vi autem quinqꝫ digi
ti fundantur in gratia: ſicut quinqꝫ digiti
in vna manu. ¶ Pollex eſt cōtritio cordis
qꝛ pollet virtute. Rō eſt: qꝛ ſicut alij digi-
ti parū poſſent ſine pollice: ſicut cetera q̄
requirūtur ad pnīam: vel parū/vel nihil
pn̄t ſine contritione. Huius aūt pollicis
due ſunt iuncture: qꝛ conteri debemus de
duobus. ſ. de operatione ⁊ omiſſione. Si
cut em̄ conteri debemus de his que male
egimus: ita ⁊ cōteri debemus de bonis q̄
facere potuimus: et nō fecimus: ſed omi-
ſimus. Et iſte eſt ille digitus qui precipit
Leuit. iiij. intingi in ſanguine hoſtie imo
late. in emūdationem leproſi: et ſic ſtatim
pctm̄ qđ per leprā deſignat̄ eijcit̄ ab aīa.
cōtritio dꝫ eſſe in ꝯſciētia deo oblata. Sa
crificiū deo ſpūs cōtribulatus. pſ. l. Sed
reuera multi habēt iſtū digitum paralyti
cū: qꝛ nō dolent de peccatis: immo quan-
doqꝫ iactāt ſe. de quibus loquitur ſapiēs
Prouerƀ. ij. Letātur cū malefecerint: ⁊ ex
ultant in rebus peſſimis. Et hoc eſt valde
malū ſignū nō dolere de quibus dolendū
eſt. ſicut em̄ mēbrum aridū incurabile eſt:
vel raro curatur. ſic cor ſine cōtritione ra-
ro ſaluatur vel nūꝙ. Unde ſicut deū tene
mur ſuper oīa diligere: ſic de eius offenſa
tenemur ſuper oīa diſplicentiam habere.
¶ Index eſt cōfeſſio. cuiꝰ rō eſt: qꝛ ſicut in
dice aliquid oſtēdimus: ſic per cōfeſſionē
cor pctōris alteri. ſ. confeſſori debet oſten
di. Iſtius digiti tres ſunt articuli ſiue iū-
cture ẜm ꝙ tria pertinent ad ipſam con-
feſſionem.

Primo ꝙ fiat cui debet.
Secundo de quibus.
Tertio quando debet.

Primo cui dꝫ: qꝛ habēti autoritatē abſol-
uēdi vel de iure cōi: vel ex priuilegio: quia
ſnīa a non ſuo iudice lata eſt nulla vt ha-
betur in decretis. iij. q. viij. accuſatores. ⁊
in pluribus alijs locis. Itē de quibus de
bet. ſ. de ſingulis pctīs mortalibꝰ in indi-
uiduo: eo modo quo debet̄: vel tenent̄ in
memoria: ⁊ de oībus circūſtātijs trahēti-
bus ad genus vel ſpeciē pctī mortalis: vt
hr̄ de peni. diſt. v. nō em̄ ſufficit dicere in
gn̄ali; ſed tenetur dicere pctā in ſpeciali;
nec ꝓpter verecūdiā debet dimittere: nec
ꝓpter verecundiā diuerſa dicat. vt habet̄
de peni. diſt. j. circa finē. Itē qn̄ debet. nō
em̄ dꝫ differre pctā plus ꝙ̄ ꝑ annū: vt ha-
betur de peni. ⁊ remiſ. c. oīs vtriuſqꝫ ſexꝰ.
Talis em̄ q̄ ſcienter et malicioſe differret:
eſſet reus mortis eterne tāꝙ tranſgreſſor
precepti eccl'ie. et dꝫ carere introitu eccle
ſie: ⁊ eccleſiaſtica ſepultura: vt in dicta de
cretali cōtinetur. Et de tali cōfeſſione poſ
ſumus dicere ꝙ eſt ille digitus index quo
Iohānes demōſtrauit agnū dei. Ioƀ. j.
qꝛ abſolutio ſacramentalis poſt verā con
feſſionē/xp̄m introducit: et oſtēdit māſue
tū inquantū offenſam cōdonat: ⁊ penam
eternā in tēporalē commutat. Sed hodie
multi xp̄iani nec ſciunt nec volunt dicere
pctā ſua: immo volūt ꝙ cōfeſſor prius di-
cat. et etiā ꝙ ipſe reuelet eis illud qđ ipſi
fecerunt ſicut nabuchodonoſor: qui vole
bat ꝙ ſapiētes dicerent ſibi ſomnium: de
quo nō recordabat̄ ⁊ interpretationē eiꝰ.
Dañ. ij. ¶ Mediꝰ ē ſatiſfactio. Cuiꝰ rō eſt:
qꝛ ſicut ille digitꝰ eſt lōgior alijs: ita ſatiſ-
factio plus durat ꝙ̄ aliq̄d predictorū. qđ
ptꝫ. nā per vnā horā pōt homo conteri et
cōfiteri: ſed ad ſatiſfaciendū indiget lon-
giori tēpore. Et etiā huiꝰ digiti ſunt tres
articuli vel iuncture: qꝛ tres ſunt partes
ſatiſfactionis. ſ. ieiuniū/oratio/ elemoſy-
na. Iſtis em̄ tribus modis ſatiſfacit quis
de pctīs: cōtra tria vitia generalia. ſ. luxu
riā/ſuperbiā/et auariciā. Nā contra luxu
riā eſt ieiuniū: vt caro domet̄. cōtra ſuper
biā oratio: vt ſpūs humiliet̄. cōtra auari-
ciā elemoſyna: vt cor frigidū inflāmetur.
Hic eſt digitus theologie qui figēdus eſt
in latere xp̄i/ſicut habet̄ Ioƀ. xx. Qui em̄
dubitat auſteritatē pnīe aſſumere: dꝫ pe-
nitentiā xp̄i/ penam/et paſſionē/ plagas
et flagellationem cōſiderare: quia hoc fa
cit pnīam quantūcūqꝫ magnā quaſi nihil
apparere. Si ergo dubitas accipere ſatiſ
factionē: dicit tibi xp̄s. Infer digitū tuū
huc: et vide manus meas: ⁊ pedes meos.
Et cognoſce ꝙ non ſunt condigne paſſio-
nes huiꝰ tēporis ad futurā gloriā: que re-
uelabitur in nobis. Roma. viij. ¶ Medi-
cus eſt vera dei dilectio. Rō eſt: qꝛ ſicut in
ipſo portatur anulus in ſignum amoris ⁊
dilectionis: ſic pnīa dꝫ ſuſtineri nō ſolum
timore: imo amore diuino. dilectio em̄ ne
ceſſaria eſt ad remiſſionē peccatorꝝ: ꝓpter

quod Luc.vij.dixit xp̄s de magdalena. Dimiſſa ſunt ei peccata multa: quoniam dilexit multum. Nota ꝙ ad hũc digitũ quedam vena venit et procedit a corde: ad innuendum ꝙ charitas debet de corde puro et conſcientia bona procedere ẜm apoſtolũ.j.Timoth.j. Huius digiti ſunt tres iuncture correſpõdẽtes tribus diligibilibus: quia tria debemus diligere.ſ.deum/ noſipſos/et proximos. Huius digiti partem ſubtrahunt illi qui propter parentes faciunt contra ſalutem/propriam volũtatem ſequentes: faciũt contra voluntatem dei diaboli ſuperbiam amplectentes: oprimũt proximum ipſumq; accuſando et malicioſe: non aduertẽdo ꝙ xp̄s inclinãs ſe ad paſſionem cum magno feruore dilectionis: iſto digito ſcribebat ĩ terra: quia mulieri inique accuſate parcebat. Jobis viij. In hoc enim proximos tenemur diligere: vt de eoꝝ perditione doleam⁹: et ad correptionem eoꝝ quotidie laboremus. ſicut habeẗ in decretis. xxiij.q.iiij. nõ põt.

b et.q.vij.quicunq; vos. ¶ Quintus digit⁹ eſt auricularis ſiue minimus: ⁊ ſignificat cordis humilitatẽ. Cuius ratio eſt: q: licʒ iſte digitus ſit minimus in quãtitate: eſt tñ valde fortis in claudẽdo. Sic recte ẜm Grego. in homel. qui ſine humilitate virtutes congregat: puluerem in ventũ portat; et vnde aliquid falſe cernitur: inde deterius cecatur. ⁊ đr de penitẽ. diſt.ij. circa principiũ: ꝙ humilitas eſt penitentie fundamentum. Huius digiti ſunt tres iũcture.ſ. ſubdere ſe ꝑpter deũ ſuperiori: equali: inferiori. et ideo dicit Grego. Perfecta humilitas habet tres gradus.

Prim⁹ gradus eſt ſubijcere ſe maiori. hic vocatur ſufficiens: q: ſufficit aliquem ſic humiliari oĩ iuſto. ⁊ hic eſt neceſſarius.

Secundus gradus eſt ſubdere ſe equali.

Tertius non preferre ſe minori.

Iſtum digitũ non habent ſuperbi: qui cõtemnunt ſuperiores equales et minores. Hoc digito caruit ſuperbus Roboam: q̇ dixit.iij.Reg̃.xij.⁊.ij.Para.x. Minimus digitus meus groſſior eſt dorſo p̄ris mei. et ideo perdidit.x.tribus: ⁊ remanſerunt cum eo tm̃ due. Sic ſuperbus perdit per peccatum gloriam ⁊ regnum celorum: qđ conſiſtit in decem ordinibus beatorum: ⁊ non remanẽt ſibi niſi duo.ſ.infernus pro anima, et ſepulcrum pro corpore, Et ſic explicit ſermo. Deo gratias.

¶ In feſto bti Thome de aquino/doctoris eximij. Sermo.iiij.

ACceſſerũt angeli: et miniſtrabãt ei. Mat. iiij.c. originaliter: ⁊ in euãgelio occurrentis dominice verbuʒ ſcribitur per me ſumptum. Licꝫ thema p̄ſens litteraliter intelligatur de chriſto: cui poſtꝙ ſuperauit tentamenta diaboli in deſerto: angeli acceſſerunt et miniſtrabant: vel erant miniſtrantes neceſſaria: poteſt tamen ſpũaliter applicari beato Thome doctori egregio: ꝙ acceſſerunt angeli et miniſtrabant ei. Pro cuius thematis introductione et declaratione/eſt notandum ꝙ ꝗꝗ Plato ponat ꝙ anima creatur plena ſcientia et in vnione ad corpus propter molẽ carnis obliuiſcitur omnium: et ꝙ deinde ſucceſſu tẽporis incipit recordari de his que prius ſciuerat: ita ꝙ ſcientiam quam homo acquirit: non eſt niſi quedam recordatio. Hoc tamen eſt falſum prout reprobat Albertus magnus in commento ſuper librum de anima: tenendo viam Ariſto. dicentis: ꝙ anima in principio ſue creationis eſt tanꝙ tabula raſa in qua nihil depictum eſt: perficitur autem ſciẽtia et virtutibus.iij.de anima. Quia ergo ſcientia et virtutes perficiunt animam: ⁊ ſcientia eſt perfectio intellectus: cum om̄e imperfectũ appetit perfici.in.j.Phyẜ. ſicut patet de materia que appetit formã: vt ꝑ eã perficiaẗ. hinc eſt ꝙ omnes homines naturaliter ſcire deſiderant: vt dicit pħs in principio Metaphy. Quod conſiderans ſanctus Thomas: cũ eſſet puer paruulus intrans ordinem predicatorum: magnum deſiderium habuit ſciendi: vt per hoc anima ſua perficeretur. ꝑpter quod ſub magiſtro ſuo magno Alberto pro ſcientia acquirenda laborioſiſſime inſudauit. Dedi cor meum vt ſcirem prudentiam atq; doctrinam. Eccl's.j. dicit ſanctus Thomas. Cõſiderans inſuper ꝙ perfectio ſciẽtie et precipue ſapientie vel ſciẽtie diuine/non põt obtineri humano ingenio ſolum: niſi de⁹ dederit. q: oĩs ſapiẽtia a dño deo eſt. vt dicit ſapiẽs Eccl'i in.c.j. iõ contemplationi ſe dedit: orans iugiter ad dñm pro

ſapiētia obtinēda: cū ſapiēte dicens. Da mihi dn̄e ſediū tuarū aſſiſtricē ſapientiā. ⁊ ſequit. Mitte illā de celis ſctīs tuis: ⁊ a ſede magnitudinis tue: vt mecū ſit: et mecum laboret: vt ſciam quid acceptum ſit apud te. Sap. ix. Deus ergo qui dat oībus affluenter: et nō improperat: cōtulit ſancto Thome donū ſciētie: qđ ipſe cōſiderans dicit. Optaui et datus eſt mihi ſenſus: ⁊ inuocaui. ſ. dn̄m pro ſapiētia obtinenda: et venit in me ſpūs ſapientie: et propoſui illā regnis et ſedibus: et diuitias nihil eſſe dixi in comparatiōe illius Sapien. vij.

B ¶ Quomodo aūt deus dederit ſibi ſapiētiā mediate vel immediate: ſciendū eſt ꝙ ſꝫm Dionyſiū in de celeſti hierarchia/ tam in textu ꝙ̄ in commentis in cap̄. x. quod incipit. Connexa eſt ⁊c. ꝙ cū in celo tres ſunt hierarchie angeloꝝ. ſ. ſuprema/ media/ et infima. Ipſa ſuprema q̄ eſt prima ab ip̄o deo īmediate purgat/ illuminat/ ⁊ perficit. purgatur oī ignorantia. illuminatur oī ſapientia. et perficitur omni deificatione. Scđa vero hierarchia purgatur/ illuminatur/ et perficitur a prima. Tertia a ſcđa. humana vero a tertia. Ex quo patet ꝙ hoīes ab angelis īfime hierarchie purgantur ab ignorantia: illuminant in ſciētia: et deificantur in firma adherentia. Sic moyſes ꝑ angelos in monte ſinai illuminatus fuit: et in lege inſtructus. nam per angelos data fuit ei a deo lex. ſcribit enī Actuū in cap̄. vij. Accepiſtis legem in diſpoſitione angeloꝝ. Quia ergo ſanctus Thomas accepit a deo donum ſcientie: tam ſcientiarum naturaliū/ ꝙ̄ etiā ſciētie diuine: per quā habuit cognitionem creaturarū et creatoris: hoc accepit ī miniſterio angeloꝝ: qui populum purgauerūt ab omni ignorātia: illuminauerūt in omī ſciētia: perfecerūt ip̄m vniendo deo per charitatē et ſic deificauerūt: ⁊ ſic deꝰ contulit ſcientiā ſancto thome nō immediate: ſed mediātibꝰ angelis. de quo pōt intelligi nr̄m thema. ꝙ acceſſerūt angeli et miniſtrabāt ei. Acceſſerunt. ſ. angeli ad ſanctū thomā ex parte dei/ ipſum purgando illuminando et perficiendo. miniſtrabant ei. ſcꝫ donū ſciētie et alias virtutes. Acceſſerūt ergo angeli et miniſtrabāt ei. quod fuit thema. In quibus verbis de noſtro glorioſo doctore ſancto thoma duo notantur/ iuxta thematis duas partes.

Primo oſtendit ſocietas valde honorabilis in hoc ſcilꝫ ꝙ acceſſerūt angeli. in prima parte thematis.

Scđo notatur dignitas incomparabilis in hoc ꝙ angeli miniſtrabāt ei. in ſcđa parte thematis.

### Prima pars.

¶ Dico primo ꝙ in verbis propoſitis oſtendit de ſancto thoma C
ſua ſocietas valde honorabilis in hoc ꝙ acceſſerūt angeli ad eū. ſ. ad ſuam ſocietatem. Pro quo notandū ꝙ boni angeli a q̇buſdam recedunt: et ad alios accedunt. Recedunt a peccatoribus: et accedūt ad iuſtos. Recedunt a peccatoribus non nō dimittendo cuſtodiam vſq; ad diem mortis. Nam dicit Hierony. ſup illud Mat. xviij. Angeli eoꝝ in celis ⁊c. Magna eſt dignitas animarū vt vnaqueq; ab exordio ſue natiuitatis habeat angelū ad ſui cuſtodiā deputatū. ſ. vſq; ad mortē. Sed diſcedūt ab eis: qꝛ non delectantur in eorum ſocietate: cum vident eos: qui eis cōmiſſi ſunt: vitijs et peccatis varijs deturpari: imo triſtantur de hoc: ⁊ ſeparant ſe per aliquā diſtantiam localem ab eis. qđ patꝫ ex quodam. Nam legimus de beato Paulo ꝙ tantā gratiā habuit a deo ꝙ in vultu cuiuſlibet cognoſcebat an eſſet in peccato vel in gratia. et accidit ꝙ ſemel dum beatus paulus eſſet in ianua ſancte marie rotunde: vidit plures intrātes pulchras facies et ſplendentes habentes: et angelos eorum letos ad eorꝫ dextera latera incedentes. Tandem vidit vnum nigerrimū et turpiſſimum: quem diabolus trahebat catena ad nares ligatuꝫ: et etiā aderat multitudo demonū circa eū gaudentium. Angelus vero illius alōge incedebat triſtis et merens/ ex eo ꝙ ille qui ſibi a deo fuerat commiſſus: ꝓpter vitia et peccata: quibus irretitus erat: ſic traditus erat demonum poteſtati. pro quo orauit paulus: et anteq̄ exiret eccleſiam contritus et confeſſus eſt. Et cum egrederetur: vidit paulus eius faciem ſplendentē et demones flentes. Angelum vero ſuum letum: ⁊ ad latus eius immediate incedentem. Et ſic patet quomodo angeli triſtantur de peccatoribus: et dolent: et ſeparant ſe ab eis modo p̄dicto, et ideo ſcri

bitur Eſaie.xxxiij. Angeli pacis amare fle
bunt. Quod verbum ſm ſanctum Tho. li
cet intelligatur de nuptijs regis Ezechie:
et etiā de apoſtolis: qui fuerunt tanꝗ̄ an
geli: qui euntes ibant et flebant mitten-
tes ſemina ſua. vt ſcribitur in pſ̄. cxxv. po
teſt nihilominus ītelligi de ſanctis ange-
lis metaphorice: qui cum ſint ſpiritus: fle
re non poſſunt: tamen habent ſe ad modū
flentium cum triſtātur de animarum eis
commiſſarum perditione. et ſic angeli re-
cedunt a peccatoribus. E conuerſo autem
angeli accedunt ad penitētes/ et viros iu
ſtos: et gaudēt de eorum ſalute. quia gau
dium erit corā angelis dei ſuper vno pec-
catore penitentiam agēte. Luc. xv. Et pro
ītroitu materie reperio ꝙ angeli accedūt
ad viros iuſtos ad tria.

Primo accedunt ad adiuuandum.
Scd̄o accedunt ad liberandum.
Tertio accedunt ad recreandum.

¶ Dico primo ꝙ angeli accedūt ad viros
D iuſtos ad adiuuandum. Pro quo ſciendū
ꝙ peccatores non habent pugnam cū de
monibus: quia ſunt eis ſubiecti. nam ſm
Grego. illos tentare negligit: quos quie-
to iure ſe poſſidere ſentit. Iuſti autem et
viri ſancti maxima demonum ſuſtinēt ten
tamenta: ⁊ ideo orauit dauid ad dominū
in pſ̄. xxiiij. dicens. Reſpice inimicos me-
os: quoniam multiplicati ſunt: ⁊ odio ini
quo oderunt me. Verſus iſte poteſt intel-
ligi de hoſtibus ſpiritualibus: qui multi-
plicantur aduerſum nos ſm haimonem.
Sicut enim radius ſolis plenus eſt ato-
mis: ſic aer iſte caliginoſus plenus eſt de-
monibus. et propter hoc dicit Grego. ix.
moral. Niſi deus cū verberibus tentamē-
ta modificet: nullus ita perfectus eſt: qui
malignorum ſpirituum inſidias non cor-
ruēs ſentiat. hec ille. Sed tamen hoc ha-
bemus ſolatij: ꝙ contra ipſos habemꝰ au
xiliū ſufficiēs: quia ſicut dicitur. iiij. Reg.
vj. plures ſunt nobiſcum ꝗ̄ cū illis. quia
omnes angeli boni partem noſtrā defen-
dunt: quos conſtat plures eſſe: quia ſola
pars tertia ſtellarum cecidit. Dixit Soli-
nus de elephantibus/ ꝙ ſi quando iungū
tur: ſeu inuaduntur: non modicam curam
habēt de ſocijs. nam feſſos laceratoſqꝫ in
medio ſui recipiunt. Sic in propoſito an
geli ⁊ homines bellum habent commune
videlicet contra draconem. Ipſi ꝟo ange
li non modicam curam habent noſtri: qui
ſumus huius pugne ſocij. feſſos eñi ⁊ vul
neratos in hoc bello in medio ſui recipi-
unt: vt ab ipſis protegamur. vnde de Ia-
cob timente dicitur Geneſ. xxxij. Fuerunt
ei obuiam angeli dei: quos cū vidiſſet ait.
Caſtra dei ſunt hec. Et ſic patet quomodo
angeli iuuant iuſtos ad pugnandum con
tra demones. et iō dicit dauid ī pſ̄. xxxiij.
Immittet angelus domini in circūitu ti-
mentium eum. Angeli enim circundāt ho
mines in bello ſpirituali: ne cadant. Pro
quo nota ꝙ ſm Vegetiū in lib. de re mili
tari: ꝙ exercitus tranſiturus fluuium de-
bet ordinari diligēter: quia in tranſitu flu
uioꝝ grauis moleſtia ſepe negligentibus
emergit: ideo acies due equitum ordinan
de ſunt. vna quidē in ſuperiori parte flu-
minis. et alia inferius: inter quas debent
trāſire pedites. ſuperior enim acies equi-
tum minuit impetum fluminis deſcendē
tis. inferior autem habet recolligere ſub-
uerſos et ex vi fluminis deficientes. Sic
eſt in ꝓpoſito. nam fluuius etiā magnus
eſt fluxibilitas carnis. et iſta duo flumina
babylonis. i. confuſionis magno impetu
recurrunt in mare mortuum. i. inferni. to-
ta autem eccleſia dei eſt ſicut exercitus pe
ditum: quia terram tangit. angeli ꝟo qui
eleuati ſunt/ quaſi equites. Ordinauit er
go deus dum iſta flumina trāſimus: ſic an
gelorum acies: vt quaſi vna fluctus tenta
tionum et tribulationum mitiget. Altera
ꝟo patientes et ſubuerſos ſurſum eleuet:
ne penitus ſubmergantur: et ideo quādo
incipimus deficere: ſtatim ad angelos eſt
recurrēdum. et ideo dicit beatus Ambro.
in lib. de viduis. Infirma caro: mēs egra
eſt: et peccatorum vinculis impedita: ad
medici illius ſedem. ſ. chriſti. debile nō po
teſt explicare veſtigium: obſecrandi ſunt
angeli pro nobis: ad preſidium dati ſunt.
hec Ambro. Ad propoſitum beatus Tho-
mas habuit triplicem pugnam cum mun
do. Cū enim eſſet nobilis ⁊ de genere co-
mitum aquinorum/ volēs mundum relin
quere ordinem predicatorum fuit ingreſ-
ſus: volens ſe iugo obedientie captiuare:
in paupertate viuere. propter quod mun
dus eum multum impugnauit: et preci-
pue fratres ſui carnales. Et ſignanter ſe-

mel cum eſſet in via cum ſocio fugiẽs fra-
tres ſuos: ipſi vero venerunt et volentes ſi-
bi exuere habitum ordinis predicatorum/et
non valentes: duxerunt eum captum. Et
in hoc ſimilis fuit beatꝰ thomas patriar-
che iacob: qui etiam habuit pugnã cũ fra
tre ſuo. et cum fugeret fratrem ſuum: vi-
dit ſcalam cuius cacumen tangebat celũ:
et dominus innixus erat ſcale: et angelos
aſcendentes et deſcendentes. Gen̄. xxviij.
Quod myſterium vidit patriarcha iacob
in ſcala? Certe per illam ſcalam intelligitur
chriſtus. nam vna pars erat in terra: alte
ra vero tangebat celum. in hoc cognouit ꝙ
debebat humanari. Duo latera ſunt due
nature in xp̄o. Quattuor gradus ſunt hu
militas in natiuitate. Philip. ij. Semet-
ipſum exinaniuit formam ſerui accipiẽs.
Paupertas in preſepio. Luc. ij. Inuenie-
tis infantem pannis inuolutum et poſitũ
in p̄ſepio. Charitas in ꝓgreſſu vite. Mã
datum nouum do vobis vt diligatis inui
cem. Johis. xiij. Obedientia in paſſione.
Philip. ij. Factus obediens vſqꝫ ad mor-
tẽ: mortẽ aũt crucis. Vidit angelos aſcen
dentes et deſcendentes: qui ſibi hoc reue
lauerunt: ac ipſum confortauerunt. Quid
per iacob/qui interpretatur luctator: niſi
ſanctus thomas: qui cũ fratribus ſuis lu-
ctatus fuit. Realiter iſte iacob. ſ. ſanctus
thomas vidit ſcalam. ſ. ſacram ſcripturã:
cuius latera ſunt nouũ ⁊ vetus teſtamen
tum. quattuor gradus ſunt quattuor ſen-
ſus ſacre ſcripture. angeli aſcendunt et de
ſcendunt ſanctis doctoribus myſteria ſcri
pture reuelando. Et per huiuſmodi reue-
lationes ſanctus thomas fuit ſic cõforta-
tus ⁊ inflammatus amore ſacre ſcripture
ꝙ mundũ et fratres ſuos vicit. Et hec de
confortatione angelorum. propter qđ poſ
ſumus ſibi dicere. ſancte thoma. angelis
ſuis mãdauit de te: vt cuſtodiãt te in om-
nibus vijs tuis. pſ̄. xc. et Matth. iiij. Ha
buit etiam ſanctus thomas pugnã cũ car
ne. quia caro concupiſcit aduerſus ſpiri-
tum: ſpiritus autem aduerſus carnẽ. Ga-
lath. v. Et ſignanter ſemel cũ eſſet captus
per fratres ſuos carnales: vt dimiſſa reli-
gione rediret ad mundũ: cum eſſet in qua
dam turri: fecerunt ingredi ad eum quan
dam domicellam; vt eum prouocaret ad
immundiciam luxurie: et ſic tandem eũ re
uocaret a ꝓpoſito religiõis. Qui de igne
titionem arripiẽs: ſuggeſtricem de came-
ra effugauit: et facto ſigno crucis in oſtio
camere: dominum cum lachrymis preca-
batur: vt ſibi daret perpetue cingulum ca
ſtitatis. Cui mox duo angeli affuerunt: et
eum circa renes ſtrinxerunt dicentes. Ex
parte dei te cingimus cingulo caſtitatis:
quod nullatenus diſſoluetur. ⁊ extũc nul
lum ſenſit carnis ſtimulum. ⁊ ſic angeli eũ
iuuerunt contra carnem: et vicit eam. Ha
buit inſuper pugnam cũ demonibus. de-
mones enim multum conantur decipere
homines in fide: et circa hoc magnam pu
gnam faciunt: et maxime chriſtianos infe
ſtãt. et ideo hortatur nos beatus Petrus
dicens. Sobrij eſtote et vigilate: quia ad
uerſarius veſter diabolus tanꝙ leo rugi-
ens circũit: querens quem deuoret. cui re
ſiſtite fortes in fide. j. Pet. v. Et ſi omnes
habeamus pugnam cũ demonibus: mul-
to magis doctores legendo/diſputando/
docẽdo: et precipue ſanctus thomas: qui
ſpecialem librũ fecit qui intitulatur Sũ-
ma contra gentiles. in qua deſtruit erro-
res omnium gentilium philoſophorum
et hereticorum. Dic quomodo quando fa
ciebat iſtum librum: fuit inuitatus per re
gem Francie: et ſtans in menſa in extaſi:
et dans cum manu in menſa dixit. Cõclu
ſus eſt arrianus. Et in extirpatione tãto-
rum errorum/ ꝓculdubio habuit ſanctus
thomas ſubſidium ſanctorum angelorũ:
propter quod ipſe poteſt dicere in cõdem
natiõnẽ et victoriã demoniorum cum Da
niele. vj. Deus meus miſit angelum ſuũ:
et concluſit ora leonum. ſ. demonũ: ⁊ non
nocuerũt mihi: quia coram eo iuſticia in-
uenta eſt in me. Et hec de primo.

¶ Dixi ſecundo ꝙ angeli accedunt ad iu-
ſtos viros ad liberandum. Patet de loth: b
qui fuit liberatꝰ per angelum de ſubuer-
ſione ſodome. Geneſ. xix. Item etiam pa-
tet de beato petro Actuum. xij. qui fuit ca
ptus incarceratus ⁊ vinculatus per nero
nem: et cum eſſet petrus in carcere dormi
ens inter duos milites vinctus catenis
duabꝰ: tunc angelus dñi aſtitit: ⁊ lumẽ re
fulſit in habitaculo carceris percuſſoqꝫ la
tere petri excitauit eum dicẽs. Surge ve-

loriter. et ſtatim ceciderunt catene de ma-
nibus eius. Et ſic angelus liberauit eum.
Sic beatus thomas fuit captus et incar-
ceratus per fratres carnales: et per duos
annos cum dimidio turris cuſtodie man-
cipatus. Liberatus autem fuit cauſa illo-
rum duorum angelorum: qui eum ſtrinxe-
runt circa renes. nam extunc fuit ita fir-
matus in propoſito religionis: ꝙ mens
eius nūq̄ potuit a ſuo propoſito reuoca-
ri. et ſic habuerunt eum liberare: ⁊ per cō-
ſequens illi angeli fuerūt cauſa liberatio-
nis eius: et per conſequens fuit per ange-
los liberatus. propter quod potuit dice-
re ſanctus thomas cū beato petro. Nunc
ſcio vere quia miſit dominus angelum ſu-
um: et eripuit me. Actuum vbi. s. Et hoc
de ſecundo.

D ¶ Dixi tertio ꝙ angeli accedunt ad con-
fortandum vel ad recreandum. Patet de
chriſto: qui cum eſſet in agonia et oraret
Matth. xxvi. Mar. xiiij. et Luce. xxij. Pa-
ter mi: ſi poſſibile eſt tranſeat a me calix
iſte ⁊c. affuit angelus domini confortans
eum. Patet etiam de helia: qui cum fuge-
ret reginam iezabel: petiuit anime ſue vt
moreretur. et obdormiuit in vmbra iuni-
peri. tunc affuit angelus domini: qui exci-
tauit eum dicens. Surge comede. grādis
enim tibi reſtat via. Et ſurgēs inuenit ad
caput ſuum ſubcinericium panem: ⁊ vas
aque. Et ſurgēs comedit: et ambulauit in
fortitudine cibi illius quadraginta dieb⁹
⁊ quadraginta noctibus vſq; ad montem
dei oreb. iij. Regum. xix. Sic ſancto tho-
me fatigato ex laboribus ſtudendi/ docen-
di/ dictandi/ diſputādi/ predicandi: affuit
et magni cōſilij angelus chriſtus: de quo
dixit Malachias cap. iij. Ecce ego mitto
angelum meum. Cum em̄ oraret ante cru-
cifixum requirēs an bene ſcripſit/ tam in
ſuis operibus/ q̄ etiā in officio corporis
chriſti quod dictauerat: reſponſum fuit ſi-
bi ab angelo chriſto. Bene ſcripſiſti de me
thoma. Quam ergo recipies ꝓ labore tuo
mercedem? Et ille. Nullam aliam merce-
dem volo domine niſi teipſum. Tunc ſan-
ctus thomas petiuit ab angelo magni cō-
ſilij panem ad confortandum. panem. ſ. il-
lum de quo Johannis. vi. Hic eſt panis
qui de celo deſcendit. et ſic fuit ab angelo
confortatus et recreatus ſicut helias. Et
ſic patet quomodo angeli accedunt ad vi-
ros iuſtos ad adiuuādum: ad liberandū:
et ad recreandum vel confortandum. Et
hec de primo principali.

Secunda pars.

¶ Dixi ſecūdo principa- E
liter ꝙ in verbis thematis preaſſumpti/
oſtenditur de beato thoma dignitas incō-
parabilis. quia angeli miniſtrabant ei. in
ſecunda parte thematis. Pro quo notan-
dum ꝙ ſm Thomam. i. parte. q. xcvi. art.
i. et. q. cviij. articu. xxiij. homo et angelus
poſſunt cōſiderari vel comparari aut ſm
naturam: et ſic minimus angelus eſt ma-
ioris dignitatis q̄ quicunq; homo: cum
ſit pure ſpiritualis: et ſpiritualia ꝑfectio-
ra ſint corporalibus: immo et chriſtus in-
quantum homo eſt minoris dignitatis q̄
quicūq; angelus ſm gradum nature. vn-
de dixit dauid in ps. viij. Minuiſti eum
paulominus ab angelis. Si ꝟo conſiderē-
tur vel comparentur ſm gratiam: ſic ma-
ior eſt minimus homo: ⁊ maioris dignita-
tis/ q̄ maior angelus q̄ eſt in celo: et hoc
propter gratiam vnionis: quia deus vni-
uit ſibi humanam naturam et non ange-
licam: et quo magnam dignitatē habet. ⁊
ideo dicit apoſtolus Hebre. ij. Nuſq̄ an-
gelos apprehendit: ſed ſemē abrae appre-
hendit. Et etiam tāta eſt dignitas huma-
ne nature per gratiam vnionis: ꝙ adora-
tur adoratione latrie ꝑ angelos. idē apo-
ſtolus Hebre. i. Adorent eum omnes an-
geli eius. et ideo ſubdidit dauid. Minui-
ſti eum ⁊c. ſed gloria et honore coronaſti
eum ⁊c. in ps. et propter hoc prohibitus
fuit beatus Johannes euangeliſta poſt
incarnationem ne adoraret angelū: quan-
do angelus qui apparuerat dixit ſibi. Vi-
de ne feceris. Conſeruus tuus ſum/ et fra-
trum tuorum habentium teſtimonium ie-
ſu. Apocalip. xix. Si ꝟo comparentur ſm
gloriam: ſic ſe habent tanq̄ excedentia et
exceſſa: quia quidam angeli excedunt ali-
quos homines: et quidam homines ali-
quos angelos ſm maiorem vel minorem
charitatem. Quia ergo ſancti angeli pro-
pter gratiam vnionis/ ſunt minoris di-
gnitatis q̄ homines: ideo ſunt ſerui no-
ſtri ⁊ miniſtri: ⁊ noſtre cuſtodie deputati.
Oēs ſunt adminiſtratorij ſpiritus in miſ-

niſteriū miſſi propter eos qui hereditatē capiunt ſalutis. inquit apl's Hebre. j. In hoc ergo apparet dignitas incomparabilis ſancti thome: quia miniſtrabant ei. ſ. ſcientiā et ꝟtutes. Dic quomodo ī morte expoſuit monachis cantica canticoꝝ non ſine miniſterio angeloꝝ: et deīde quomodo miniſtrauerūt ſibi in morte preſtando obſequium: ⁊ ſociando animam ad gloriam ⁊c. Fac finem ⁊c.

¶ In feſto beati Georgij martyris. Ser. Uel etiā in feſto alterius martyris.

# Labora ſicut bonus miles.

ij. ad Timoth. ij. ſcribiť thema iſtud. Qr de glorioſo milite ſancto Georgio hodie eccl'ia ſolēnizat: ideo pro eius cōmēdatione/ et iſtiꝰ regni militū: quoꝝ ipſe capitaneus eſt et patronus: aliquali inſtructiōe: due contēplationes erunt in preſenti ſermone.

Prima tractabit de vna opatione exercitata ꝑ manus/ excogitata et imperata ad ſuū corpus defenſandū. labora. iuxta primā partē thematis.

Scd'a loquetur de doctrina ſup hoc data per approbatā ſcripturā: et repſentata in claro exemplari ad imitandū. ſicut bonꝰ miles. iuxta ſcd'am ꝑtē thematis.

Sicut/ dicit ſimilitudinē et exēplaritatē. ita vt ſenſus thematis ſit talis: ꝙ ꝑ imaginationē dicať manui. tibi ꝯuenit corpꝰ defendere: et circa hoc labora. Quomodo aūt debeas laborare: tradiť tibi in vno multū lucido et claro exemplari: ſicut hic ſcʒ btūs Georgius bonus miles.

Prima pars.

## ¶ Dico in prima contēplatione

ꝙ tractabit de vno opere ⁊c. labora. Reuerendi dn̄i doctores theologi: ſpecial'r Hugo de ſctō victore: querunt ⁊ tractāt/ hō in ſtatu innocētie ſi ī ſuis operibus habuiſſet laborem: et determinant ſic. Pro tanto aliqđ opus vel exercitium diciť labor: qr habet rebellionē vel reſiſtētiā. vn̄ ſm pħm/ pro tanto celū mouetur ſine labore; qr ſuo motori nō reſiſtit. Cuʒ igiť dicūt doctores homini in ſtatu īnocētie nihil fuiſſet rebelle aut reſiſtēs: ſequiť ꝙ opa et hoīs exercitia fuiſſent ſine labore, vn̄ de hoīe ī iſtꝰ ſtatu dicit Greg. xxxv. moral'. Homo preceptū qđ ſeruaret accepit: cui ſi ſe voluiſſet obediēs ſubdere: ad eternā ꝑueniſſet beatitudinē ſine labore. Sed ī ſtatu nature corrupte pn̄tis: quia hoī totū eſt rebelle et reſiſtens: nō ſolum in opationibꝰ ſenſitiuis: ſed etiā in qbuſcūqꝫ intellectiuis hō hʒ laborē. pſ. lxxij. Exiſtimabā vt cognoſcerem: hoc labor eſt ante me. Et breuiter homo q̇ in ſtatu īnocentie natus erat ad ſolatiū et recreationem. modo in ſtatu nature corrupte naſcitur ad penā ⁊ ad laborē. Job ī. c. v. Homo naſciť ad laborē. Modo eſt ita ꝙ qr hō ī ſuis opationibus hʒ laborē: vt declaratū eſt: ⁊ ꝑncipiū immediatū executiuū operationū ſit manꝰ: hinc ſequiť ꝙ labor attribuiť et ꝓpe aſſignať manui. vn̄ de Joſeph đr in pſ. lxxx. Manꝰ eiꝰ in cophino (al's in laboribꝰ) ſeruierunt. et alibi pſ. cxxvij. Labores manuū tuaꝝ qr mādu. ⁊c Iſtā imaginationē ad propoſitū applico ſic. Sicut hō in ſuo corpe ꝓpter rebelliones ⁊ reſiſtētias patiť ml'tos labores: ita reſpublica q̄ eſt ſicut vnū corpꝰ iuxta imaginationē plutarchi ad traianū impatorē. Et ſicut manꝰ in corpe hoīs principal'r et immediate hʒ exequi laborem ꝓ defenſiōe ſui corpis: ita ſtatui militari q̇ đr manus reipublice ſm ꝑdictā imaginationē plutarchi. vn̄ dđ pſ. cxliij. ī ꝑſona reipublice dicit de iſto ſtatu. Bn̄dictꝰ dn̄s deꝰ meꝰ q̇ do. ma. me. ad ꝑli. ⁊ dig. me. ad bel. cōuenit ꝓ defenſione ſui corpis laborare: Jō iſti ſtatui militari ſm illud ad qđ inſtitutꝰ eſt: đr in pria ꝑte thematꝫ labora. vn̄ ꝙ ſtatui militari cōpetat laborare patʒ: et pōt conſiderari ex tribus.

Primo rōne ſue principalis inſtitutiōis:

Scd'o rōne ſue finalis executionis.

Tertio rōne ſpecialis exhortationis.

¶ Dico primo ꝙ ſtatus militaris debet eſſe laborioſus rōne ſue principalis inſtitutionis. Scd'm ꝙ dicit Iſidorus. x. lib. Etymol'. primꝰ qui in republica romanorū inſtituit milites: fuit Romulꝰ. et inſtituit eos ꝑ electionē. vn̄ ſm Iſidorū miles đr qr mille erāt in nūero. vel qr vnꝰ inter mille eligebať. Et ad denotāduʒ ꝙ debeant eſſe laborioſi: eligebanť de illis ſtatibꝰ et officijs: q̇ magis hn̄t annexū laborē. vn̄ Uegetius de re militari q̄rit: et habeť a ſeneca: de q̄ arte debēt eligi et aſſumi ad ſtatum militie, Et rn̄det ꝙ de arte

magis aſſueta labori; vñ Vegeti⁹. Fabros ferrarios carpentarios macellarios ⁊ cervorū aprorūq; venatores conuenit ſociare militie. Et cauſas reddēs ſeneca ad ꝓpoſitū in quadā ep̄la dicit ſic. Nullū labores recuſant man⁹ que ab aratro ad arma transferūtur. quālibet em̄ viam patiunt iumenta: quoꝝ durata in aſpero vngula eſt: in molli et viridi paſtu ſaginata: cito ſubſternitur. Fortior aūt miles ex confragioſo venit. hec ſeneca.

¶ Dixi ſcdo ꝙ ſtatui militari competit laborare rōne ſue finalis executiōis. Finis militie eſt defenſio reipublice. vñ Iſidor⁹ vbi. ſ. miles dr̄ q: inter mille eſt electus: vt ad exercitū reipublice ſemꝑ ſit paratus. In iſto aūt exercitio reipublice oportet militē habere tria laborioſa: que notātur in tribus inſignib⁹ ſibi datis. Primū in inceptione audacia. iſtud notat̄ in primo inſigni ſibi dato qd̄ eſt gladi⁹ in manu. Habere gladiū in manu militē facit audacem. q̄ quidē audacia et fortitudo ſibi ſumme cōpetit in bellando ꝓ defenſione reipublice. vñ Bern. de laude bone militie dicit: ꝙ milites debēt eſſe in cōuictu agnis mitiores: in ꝯflictu leonib⁹ fortiores. Iſta audacia denotat̄ in gladio q̄ datur militi in manu ſm legē macedonum. ꝑ phus politic. vſ. Vñ iude machabeo audaci militi dictū eſt. Accipe ſctm̄ gladiū munus a deo in quo deiicies aduerſarios populi mei. ij. machab. xv. Scdo ꝓ exercitio reipublice miles debet hr̄e in proſecutione prudentiā. et iſtud notat̄ in ſecūdo inſigni ſibi dato: qd̄ eſt ſcutū ī brachio ſiniſtro ad repellendū ictus aduerſarioꝝ. De iſto inſigni prudēti militi ioſue dictū eſt. Leua clypeū qui in manu tua eſt contra vrbē hay: qm̄ tibi tradā eā. Ioſue. viij Tertio debet hr̄e in vltima ꝑfectione victorioſam excellentiā. et iſtud notatur in tertio inſigni ſi dato: qd̄ eſt brauiū ꝓ victoria. Et ꝙ hec oīa ſint laborioſa militi ptꝫ. Nam dic̄ Iſidor⁹. xix. etymol. ꝙ mos erat apud romanos ꝙ milites victores coronabantur: q: vel vicerant ſine conflictu. ſcꝫ fugando ⁊ ſic lauro: vel in ꝯflictu et ſic palma: q: palma ſtimulos hꝫ: q̄ ſtimuli deſignāt laborem: quē habent milites in conflictu.

¶ Tertio et vltimo dixi ꝙ ſtatui militari conuenit laborare rōne ſpecialis exhortationis. Boetius. iiij. de cōſol. metro. vlti. hortatur milites ⁊ fortes ad laborandū exēplo trium illuſtriū militū. Prim⁹ fuit agamēnō: q̄ ꝓ defenſione reipublice grecoꝝ decem annis cōtinuis in troiana obſidione ꝓplurimū laborauit. De iſto dic̄ Bella bis quinis operatus annis Vltor atrides phrygie minis Fratris amiſſos Thalamos piauit. Scds fuit vlixes: qui poſt bellū troianū in reditu multos labores ſuſtinuit: ſpecial'r ꝯ quendā gigantē: qui ſm poeticā fictionē deuorauit ſocios vlixis. de iſto dicit. Fleuit amiſſos ithacus ſodales: Quos ferus vaſto recubās ī antro: Merſit immani poliphem⁹ aluo. Terti⁹ fuit Hercules. de quo dicit ꝙ. xij. magnos labores pertulit in hiſpania. dic̄ in textu. Herculem duri celebrāt labores Ille centauros domuit ſuperbos: Abſtulit ſeuo ſpoliū leoni ⁊c. Et ī fine metri facit exhortationē militib⁹ ⁊ fortib⁹: ꝙ ſint ſicut iſti laborioſi ꝓ defenſione reipublice dicēs ſic. Ite nūc fortes vbi celſa magni Ducit exēpli via: cur inertes ⁊c. Ptꝫ igit̄ aliqualiter declaratū ꝙ ſtatui militari: cū ſit man⁹ reipublice: cōuenit laborare. Et hoc eſt qd̄ p̄ma cōtemplatio dicebat: ꝙ tractaret de vno opere exercitato ⁊c. labora. Iſti manui dicit paulus ꝑ cōcordātia. ij. ad Timoth. iiij. Tu vo vigila et ꝓ defenſione reipublice in oīb⁹ labora Et bonus ⁊ fidelis miles reſpondet ī ca. vbi thema: laboro vſq; ad vincula. Et hec de prima contēplatione.

Secūda pars.

¶ Sed dixi ſecūdo principaliter: ꝙ ſcda cōtēplatio tractabit de doctrina data ⁊c. ſicut bon⁹ miles. ſ. beatus Georgi⁹. Hic ſunt videnda tria.

Primū q̄ ſunt illa q̄ faciūt bonū militē.
Scdm q̄ ſunt q̄ faciunt pulchrū militē.
Tertium applicatio dictorum ad beatū Georgium.

¶ Quantū ad primū ſciendū ꝙ quattuor ſunt que militē faciunt bonū.

Primū prudentia ſtudioſa ⁊ practicata.
Scdm probitas per virtutes diuulgata.
Tertiū audacia et animoſitas tēperata.
Quartū māſuetudo ꝯ vitia inordinata.

¶ Dico p̄mo ꝙ bonū militē facit prudentia ⁊c. Multū em̄ facit in bello prudētia et ars militis. vñ autor de ludo ſcacorū.

Neceſſe eſt populum in captiōis precipi
tiū ruere: cum princeps militie non pru⸗
dentia: ſed audacia ſola nititur triūpha⸗
re. Jō vegeti⁹ de re militari. Docta ⁊ exer
citata paucitas victoriā preſtat: indocta
multitudo prona eſt ad necē. Sepiſſime
ī hiſtorijs audiuiſtis et vidiſtis ⁊ legiſtis
ꝙ in bello troiano plus valuit prudentia
vlixis: ꝙ̄ fortitudo achillis. et iō ſapiens
dicit Eccl'ſ. ix. Melior eſt ſapiētia ꝙ̄ ar⸗
ma bellica. Legitur ad iſtud ꝓpoſitū de
alexādro: ꝙ cū antiqui milites: q̄ fuerunt
cū patre ſuo: ab ipſo vellēt recedere: dicen
tes ſe ferre nō poſſe vlterius labores p̄lio
rum: ipſe h̄ renuens dixit. Magis eligo
ſenū prudētiā: ꝙ̄ iuuenū fortitudinē. Mi
litib⁹ enī magis neceſſaria eſt ars in bel
lo ⁊ prudentia: q̄ȝ fortitudo. De ſcipione
africano legit̄: ꝙ in hiſpania tenuit ho⸗
ſtes incluſos taliter ꝙ recedere nō pote⸗
rant: ſed oportebat eos p̄liari. Scipio
aūt prudens miles dixit ſuis ꝙ permitte
rent hoſtes abire: licȝ eos inſequi poſſent
nā ſi preliarētur vidētes ſe deſpatos: ma⸗
iorem audaciā ſumerent: ⁊ poſſent eſſe vi
ctores. q̄ quidē ſcipionis ſnīa ab oībus
fuit laudata. Iſti hiſtorie alludendo ve⸗
getius de re militari dicit ſic. Plerıq̄ȝ rei
militaris ignari pleniorē victoriam ſi ad⸗
uerſarios aut locoꝝ anguſtijs: aut arma⸗
toꝝ multitudine circundederint: vt aditū
nō inueniāt recedendi. Sed ecōtra clau⸗
ſis ex deſperatiōe cupit commori: qui ſi⸗
ne dubio ſcit ſe eſſe moriturū. Ideoq̄ȝ ſci⸗
pionis laudata eſt ſnīa: q̄ dixit viam ho⸗
ſtibus qua fugerent: intercludi non debe
re. Meli⁹ eſt enī inſequi ſine periculo: ꝙ̄
bellare ſub dubio. Patȝ ergo primū qd̄ re⸗
quirit̄ ad bonū militē prudētia ⁊c.

¶ Dixi ſcd̄o ꝙ bonū militē facit probitas
⁊c. Probitas aūt militis ſtat pricipaliter
in tribus virtutib⁹. Prima verecundia.
Vegeti⁹ de re militari. Honeſtas idoneū
militem reddit: verecūdia dum prohibet
fugere: facit eſſe victorē. Scd̄a virt⁹ eſt ve
ritas. Ad bonū militē pertinet ꝙ teneat
veritatē. Inſpicite marcū regulū militem
romanoꝝ. de iſto dicit Valerius maxim⁹
et hoc idē tangit Boeti⁹. ij. de cōſolatiōe
ꝓſa. vj. Iſte multotiēs vicit penos tandē
ſemel fuit victus ab eis. tandem vt refert
Aug. lib. j. de ciuitate dei. c. xv. cum car⸗
thaginenſes mallent captiuos: quos ro⸗
mani detinebāt: ſibi reddi: ꝙ̄ captiuos eo
rū detinere: cū legatꝭ ſuis iſtū regulū mi
ſerūt ꝓ impetrāda redēptione captiuoꝝ:
prius tn̄ eū iuratione cōſtrinxerūt: ꝙ ſi cō
mutatio impetrata nō fuerit: rediret car⸗
thaginē captiu⁹. qd̄ pro ſeruāda veritate
ipſe fecit: q2 romanis non placuit. Tertia
v̄tus et vltima q̄ facit militē bonū: eſt ad
ſuū principem fides ſiue legalitas. Autor
de ludo ſcacoꝝ. Militis nomen amittit:
q̄ fidē principi ſeruare non nouit. Lapis
precioſus et margarita p̄fulgida eſt fidei
firmitati adiuncta militia. Quantūcūq̄ȝ
miles ſit fortis victorioſus et ſtrenuus: ſi
eſt proditor ⁊ non fidelis: nihil valet. exē
plū de ioab. qui fuit fortior et valētior mi
les: ꝙ̄ habuit dauid: ⁊ tn̄ q2 fuit proditor
nulla laus inter milites dauid ſibi datur:
nec in eoꝝ numero ponit̄. Vn̄ ad ꝓpoſitū
petrus bleſeñ. in ep'la de militibus ad hē
ricum regē anglie. Nihil deteſtabilius in
milite nota ꝓditionis. Nā licȝ ioab forti
ter oīa bella vicerit: in catalogo fortium
dauid nō computat̄: quia fortitudinem
eius proditio in abner et amaſa denigra⸗
uit. hec ille.

¶ Dixi tertio ꝙ bonū militem facit auda
cia ⁊ animoſitas ⁊c. Miles bon⁹ non ſo⸗
lū dȝ habere fortitudinē in corpe: ſed me⸗
lius ī corde. Talē fortitudinē habuit Co⸗
drus dux athenienſiū. de q̄ dicit Auguſt.
xviij. de ciui. dei. c. xix. ꝙ in campo ſuis ho
ſtib⁹ ſe obtulit ī habitu peregrino: vt mo
reret̄: taliter vt ſui vincerēt: ſm̄ ꝙ habe⸗
bāt in reſpōſiſa deo Apollinis. De iſto di
cit autor de ludo ſcacoꝝ. Maluit mori vt
viuerēt ſui: ꝙ̄ viuere ſuis turpiſſime ſu⸗
peratis. in q̄ notat̄ maxima fortitudo cor
dis. Iſtā fortitudinē habuit quidā rex: de
quo narrat Valeri⁹ ꝙ cū hic deberet cum
hoſtib⁹ preliari: comedēs ⁊ bibēs cū ſuis
eis dixit. Prādeam⁹ tanꝙ̄ apud īferos ce

¶ Dixi quarto ⁊ vltimo: ꝙ bo⸗ (naturi.
num militem facit māſuetudo ⁊c. Autor
de ludo ſcacoꝝ. Nihil eſt qd̄ tam p̄clarum
faciat militē: ꝙ̄ cū ad victoriam venerit:
ꝓſtratū viuificare cū poſſit occidere: fer⸗
re cū poſſit ferire. Idem doctor narrat: ꝙ
cū ſilla multas et diuerſas victorias habe
ret de romanis quint⁹ camillus palā ſibi
dixiſſe fertur. Diſce modo eſſe miſericors.
ſummū gen⁹ vindicte ⁊ glorioſum parce⸗
re cum poſſis occidere. Patet ergo decla⸗

ratum φ faciunt bonū militem quattuor ſcʒ prudētia ſtudioſa ⁊c.

¶ Secūdo eſt videndū et cōtēplandū breuiter: q̄d eſt illud q̄ᵒ facit pulchrū militē. Milites moderni tēporis hn̄t iſtam opinionē: φ pulchritudo militie ſit ī ornatu margaritarū auri ⁊ argēti ⁊ lapidū p̄cioſoꝝ. q̄ᵒ patʒ in moderno eoꝝ habitu. Sed iſta certe plꝰ faciūt ad militis vituperiū: q̄ȝ ad ornatū vel pulchritudinē. vn̄ petrꝰ bleſeñ. in ep̄la vbi. s̄. dicit: φ iuliꝰ frontinus refert cū ſcipio ſcutū cuiuſdā vidiſſet auro ⁊ gemmis multipl̄r ornatū: dixit ſe nō mirari ſi tanta diligētia ſcutū honoraſſet: in quo plus preſidij: q̄ȝ in enſe haberet. In quo ḡ ſtat pulchritudo militis idē Petrꝰ bleſeñ. in ep̄la vbi. s̄. notat vbi ſic. Refert pericles nō aurū et lapides: ſʒ ſcutū diuulſum: fractā galeā: hebetē gladiuʒ: faciē vulneratā cedere militibus ad ornatū. Sed milites moderni temporis (dicit̄ de illis q̄ male faciūt) in iſta pulchritudīe non gloriant̄. Sed dicit de eis magiſter Robertꝰ holkot. Ipſi ſunt ī apparatu in motu equi. ímpetu ſamſon. ī labore et portatiōe armorū/ ipſi ſunt ſimeō in eoꝝ ſalutatiōibꝰ/ ipſi ſunt ioab. in eūdo ad p̄liū ipſi ſunt ap̄ls thomas: q̄ dixit Eamus et moriamur cū illo. in pūcto p̄lij ipſi ſunt aſtrologꝰ athlas. dicūt φ planete nō ſunt in bona diſpoſitione: et iō non dandū prelium. Nō talis miles fuit ſanctus Georgiꝰ: q̄ pro militia temporali et ſp̄uali viriliter bellauit ⁊ triūphauit. Dic eius hiſtoriā et fac finē. Explicit.

¶ In feſto beati Petri martyrꝭ. Ser. ſ.

Coronabitur q̄ legitime certauerit. ij. Timothe. ij. Sentētia lr̄alis thematis btō Petro martyri applicata eſt iſta. coronatur q: legitime certauit. Pro cuiꝰ thematis introductiōe ſpeciali aliq̄li/ occurrit mihi iſtud motiuū. ſ. φ hoc hʒ appetitus hoīs a natura φ ſemp̄ ꝓ ſuis bonis opibus et iuſtis laboribꝰ reportare cupit laudē premiū ⁊ honorem. Patʒ primo hoc per quoddam dictum ſancti Thome. ſ. ſ. q. c. articu. vij. in ſolutione ad. iij. vbi declarat quare in precepto de honore parentum/ ponitur premiū pluſq̄ȝ ī alijs. ſcʒ vt ſis longeuus ſup̄ terrā. Et dicit φ homines actus ſuos cōiter ad aliquā vtilitatē ordinant: ideo in illis preceptis neceſſe fuit promiſſionem ponere premij: et quibus nulla vtilitas videtur ſequi. quia ꝟo parentes iam ſunt in recedendo ab eis: non expectatur premiū. et ideo precepto de honore parētū additur promiſſio. hec ſctūs thomas. idem dixit ibidē de primo precepto. ⁊ ideo ſm̄ Gregoriū conſideratio premij minuit vim flagelli. Dixit Iſidorus. x. etymol̄. φ romani ſtatuerunt φ victoribus pro premio corona daret̄. aliquibus lauri: ſi vincebant inimicum fugando. aliquibus palme: ſi vincebant in conflictu: quia palma ſtimulos habet: q̄ deſignant laborem in pugna propter reſiſtētiam inimici. et intantū iſte appetitus laudis et honoris et premij propter ſuaʒ eſt operationis naturalis: φ notat Aulꝰ gellius romanorum hiſtoriographus de quodā athleta et milite muto: qui q: priuabat̄ premio triumphali: ex ira prorupit in vocem et clamorē: ⁊ extunc locutꝰ eſt. Iſti ſentētie et ꝯcluſioni concordans Caſſiodorus lib̄. ſ. ep̄larū ad propoſitū dicit. Tribuenda eſt iuſtis laboribus compenſatio meritorum: quia exprobrata militia creditur: ſi irremunerata tranſitur. athletam populis palma deſignat eē victorem. ſudores bellicos corona teſtatur. Ad propoſitum deſcendendo ſm̄ φ dicit Iob. militia eſt vita hominis ſuper terram. Iob. vij. Et ſi mundus et imperator romanus ſuis victoribus coronas largitur pro ſuis inſignibus operibus mercedem/ premia/ ⁊ honores: a fortiori hoc facit imperator ſupremus dominus ieſus chriſtus premiator noſter. vnde dicit omnibus ſuis militibus et victoribus illud eccleſiaſticū. Sancti mei qui ī hoc ſeculo certamen habuiſtis: mercedem laborum ego reddā vobis. De numero iſtoꝝ militum xp̄i/ fuit beatus Petrus martyr: qui mortuus eſt ꝓ fide xp̄i: qui hodie pro ſuo labore et inſigni victoria/ in celo recepit p̄miū et coronā. et hoc eſt q̄ᵒ dicit thema ipſum coronatū ⁊ premiatum demōſtrās et alios ad coronā/ et p̄miū incitans: coronabit̄ q̄ legitīe certauerit. Vn̄ ꝓ pſecutione materie ſunt hic tria ſpeculanda: et in tres tractatus complēda.

Pꝛimū eſt quod eſt certamen quod bea
tus petrus certauit.
Secundum eſt ſi fuit legitimum certamē
quod certauit.
Tertium eſt quam coꝛonam habuit ꝓ cer
tamine quo certauit.
Unde thema de eo verificabitur. Coꝛona
tur quia legitime certauit.

Pꝛima pars.

# ¶ Quantū ad pꝛimū eſt

ſciendū ꝙ certamen: quod beatus petrus
martyꝛ certauit: fuit contra triplicem ini
micum.
Pꝛimum fuit contra mundum. ⁊ iſtud cer
tamen fuit foꝛte: in quo vicit ſuſtinendo
per patientiam.
Secundo certauit cōtra carnem. et iſtud
certamen fuit bonum: in quo vicit fugiē
do per moderatam pꝛudentiam.
Tertio certauit contra diabolum. et iſtud
certamē fuit iuſtū: in quo vicit ꝑ marty-
rium fidem et firmā credentiam.
¶ Dico p̄mo ꝙ certauit ꝯ mūdū: qđ certa
mē fuit foꝛte. ⁊ iſtud vicit ꝑ patientiā. De
iſto certamine ſcribitur Sap. x. Certamē
foꝛte dedit illi vt vinceret. Et notate ꝙ p̄n
ceps belli ſapiēs: q̇ ꝓ idoneitate pugnan
tiū/bella diſtribuit: leuioꝛa infirmioꝛibꝰ:
foꝛtioꝛibꝰ v̄o certamina foꝛtioꝛa cōmittit.
Ita dixit btūs Sixtꝰ laurētio. Nos quaſi
ſenes leuioꝛis pugne curſum recipimꝰ: te
aūt q̄ſi iuuenē ⁊c. Ad ꝓpoſitū xp̄s p̄nceps
belli ꝯ mūdū vidēs btm̄ petrū martyꝛē iu
uenē ⁊ foꝛtē ⁊ aptū ad arma ſpūalia: habi
lē ꝯ mūdū: dedit ſibi certamē nō leue: ſed
foꝛte. Foꝛte em̄ certamē eſt ꝯ mūdū: ſi cō-
ſideremꝰ duo. Pꝛimo ſi conſideremꝰ arma
cū q̇bꝰ inuadit. Scđo numerū illoꝝ quos
vincit ⁊ ſubuertit: ⁊ videbimꝰ ꝙ eiꝰ certa
mē eſt foꝛte. Et notate pꝛo hoc ꝙ ſm̄ legē
politicā/q̄ recitat̃. ij. Polit̃. multū ꝯgruit
foꝛtitudini militū ꝙ ſint ambidextri. ſ. ſi-
niſtra ſicut dextra pꝛeliātes: qđ tñ hȝ mū-
dus vt foꝛtis miles. Pꝛeliat̃ em̄ a dextris
per foꝛtunā pꝛoſperā. a ſiniſtris ꝑ foꝛtunā
aduerſam. iſta em̄ ſunt duo gn̄a armoꝛū/
cū q̇bꝰ mūdus ꝯ xp̄i milites pꝛeliat̃: vt di
cit btūs Aug. in ſermo. bti vincē. Duplicē
(inq̇t) aciē mundus ꝓducit ꝯ milites xp̄i
blādit̃ em̄ vt decipiat. ⁊ hoc ē foꝛtuna ꝓ-
ſpera. certat vt frāgat. ⁊ hoc ē foꝛtuna ad
uerſa. Et terribilioꝛa ſunt ⁊ foꝛtioꝛa arma
foꝛtune pꝛoſpere q̄ꝫ aduerſe: q꞉ ꝑ pꝛoſperi
tatē citius hō efficit̃ malus: q̄ꝫ ꝑ aduerſi-
tatē. Et rō eſt: q꞉ ſm̄ pħm in. iiij. Ethicoꝝ.
nō niſi virtuoſi eſt bonas foꝛtunas ferre.
¶ Scđo foꝛte certamē eſt cōtra mūdum ſi
cōſideremus numerū illoꝝ: quos vincit ⁊
ſubuertit. Nā vincit multos per aduerſita
tē q̄ eſt arma manꝰ ſue ſiniſtre: ſed multo
plures ꝑ ꝓſperitatē: que eſt arma manus
ſue dextre. Unde de iſta eius victoꝛia ⁊ ca
ſu vitioꝝ dꝛ in pſ̄. xc. Cadent a latere tuo
mille: et decem milia a dextris tuis. Sed
que eſt ratio ꝙ mille ad ſiniſtrā cadere di
cuntur: et decem milia a dextris? Reſpon
dit Bernar. ſuper Qui habitat. di. q꞉ vbi
maioꝛ aduerſarij pugna: ⁊ minoꝛ ex aduer
ſo defenſio: ibi maioꝛ caſus ē et ruina. Cū
igitur mūdus magis nos impugnet a de-
xtris. ſ. circa bona ſpiritualia: q̄ꝫ a ſiniſtra
ſcilꝫ circa bona coꝛpoꝛalia: ⁊ nos econtra
multo minus defendimus ſpūalia q̄ꝫ tꝑa
lia: ideo non mirū ſi multo plures cadunt
a dextris q̄ꝫ a ſiniſtris. Alia ratio dat̃ cō-
muniter: quia multo plures cadunt a la-
tere ꝓſperitatis: quod eſt a dextris: q̄ꝫ ad
uerſitatis: quod eſt a ſiniſtris. Omnes eti
am tam theologi q̄ꝫ philoſophi dicunt ꝙ
multo periculoſioꝛ eſt foꝛtuna ꝓſpera: q̄ꝫ
aduerſa. vñ Johānes lemouicen̄. de ſom-
nio pharaonis. Utraqꝫ ſiq̇dē foꝛtuna foꝛ-
midabilis: ſed foꝛmidabilioꝛ pꝛoſpera:
q̄ꝫ aduerſa. nam aduerſa pꝛemunit aduer
ſarium: ſed pꝛoſpera perdit incautuꝫ. Ad
pꝛopoſitum iſtud certamē foꝛte cōtra mū
dum dedit deus beato Petro martyꝛi: et
hoc vt vinceret. Uicit enim pꝛima arma
mundi. ſ. pꝛoſperam foꝛtunam: et hoc per
ingreſſum religionis: omnia pꝛoſpera mū
di relinquendo: et paupertati voluntarie
adherendo. ⁊ vicit ſecūda arma mundi. ſ.
foꝛtunam aduerſam: ⁊ hoc tribulationes
anguſtias et martyꝛium pꝛo chꝛiſto ſuſti-
nēdo. Hec eſt em̄ victoꝛia que vincit mū-
dum. j. Job. v. ſcilꝫ pꝛoſpera mundi deſpi
cere: ⁊ nullatenus eius aduerſa foꝛmida-
re. Augu. Non vos tentet pꝛopꝛia volun-
tas: non nos cruciet crudelitas aliena et
victus eſt mūdus. Habuit ḡ btūs petrus
martyꝛ certamē foꝛte: in q̊ vicit ſuſtinēdo
ꝑ patiētiā. ad qđ certamē et victoꝛiā nos
īuitās apl's ad Heb. xij. di. ſic. Deponētes
oē pōdus ⁊ circūſtās nos pctm̄ ꝑ patien-
tiā curramus ad ꝓpoſitū nobis certamē:

aſpicientes in autorem fidei/ ꝛ cōſumma
torē ieſu. Ubi nota ꝙ beatus Petrꝰ mar
tyr in certamine ꝯ mūdū: vt eū vincamꝰ:
dat nobis tria pulcherrima documenta.
Primo ꝙ nullus bene pōt pugnare one/
ratus: ideo nobis dicit. Deponētes omē
pondus. et p hoc vincit fortuna ꝓſpera.
Scdo ꝙ nullus bene pugnat niſi arma/
tus: ideo nobis dicit. Per patiētiam cur
ramus ad ꝓpoſitū nobis certamē. et per
hoc vincitur fortuna aduerſa. Tertio ꝙ
nullus bene pugnat niſi premiatus: ideo
nobis dicit: Aſpicientes in autorē fidei ꝛ
conſummatorē ieſum. ſ. ab eo premiuꝫ ex
pectando: qui nos ad pugnam animam
do dicit: Cōfidite qꝛ ego vici mundum.
Johannis. xvj.

¶ Dixi ſecūdo minus pricipaliter: ꝙ bea
tus Petrus martyr certauit et preliatus
eſt contra carnē per bonā ſiue moderataꝫ
prudentiā. Iſtud certamen fuit bonū: de
quo ſcribitur. j. ad Timoth. vj. Certa bo/
num certamē. Bonum certamē eſt ꝯ car/
nem. nam dicit Hierony. ꝙ nihil viliꝰ ꝗ̄
vinci a carne. neqꝫ aliqd nobilius ꝗ̄ vin/
cere carnem. Narrat valerius ad rufinū/
ꝙ valentinus imperator octogenarius ꝛ
virgo cū audiſſet in hora mortis ſue triū
phos preliorū ſuorum recoli in eius con/
ſolationē: dixit vna ſe tm̄ victoria gl'iari.
Interrogatus qua: reſpōdit inimicorum
omniū nequiſſimū domui carnē meam.
Contra iſtū inimicū pugnauit btūs Pe/
trus martyr et vicit: qꝛ ſm ꝙ teſtatur pa
pa innocentius in eius canonizatiōe: vir
go fuit: ꝛ nunꝙ peccauit mortaliter. Sed
dixi ꝙ iſtū inimicū fugiendo vicit cū bo/
na prudentia. Sed dicūt valētes ꝙ apō
bellicoſos fuga cōmuniter inhoneſta vi/
detur. Sed reſpondet ꝙ immo eſt laus ſi
cū fuga pugna: et victoria ſimul concur/
rant. Boetius h narrat. v. de ꝯſolatione.
metro. j. deficit hic dictum q̄re et applica
hic. Sic beatus petrus martyr fugiendo
de mundo ad religionē per votum caſti/
tatis. per virginitatis virtutē pugnauit
fortiter contra carnē eā ſagittando ſagit
tis diuini timoris et amoris ꝛ eam vicit.
Dic quomodo intrauit religionē. Et iſta
pugna cum carne videt eſſe rōnabilis et
magne prudētie: qꝛ qui pugnat cum ſer/
pente debet pliari delonge: non deprope
ne ab eius veneno inficiatur. Pugnare
contra carnē eſt pugna cōtra ſerpentē: vt
dic Auguſti. ſuper illo Gen. iij. Serpens
erat callidior cūctis aīantibꝰ terre. iō pu
gnandū eſt p fugam: nō p reſiſtentiā. per
fugā em̄ vincitur caro. Exēplū de ioſeph
qui dimiſſo pallio fugit. Gene. xxxix. Sic
diſcent filij iſrael certare cū hoſtibus. ſ. ꝯ
carnē et ſenſualitatē. Sic beatus petrus
martyr didicit illud certamen: iō dicit cū
pſ. liiij. Ecce elōgaui fugiens. ſ. a carne: ꝛ
manſi in ſolitudine. hoc eſt in religione
in continentia et virginitate.

¶ Dixi tertio minus principaliter ꝙ bea/
tus petrus martyr certauit ꝛ preliatꝰ eſt
ꝯ diabolū. ꝛ iſtud certamen fuit iuſtū: in
quo vicit reſiſtendo p martyriū fidem et
firmā credentiā. De iſto certamine ſcribi/
tur Eccli. iiij. Pro iuſticia agonizare pro
aīa tua: et vſqꝫ ad mortē certa ꝓ iuſticia.
Nihil tam iuſtū militi xp̄i ſicut mori ꝓ fi
de xp̄i. et iō dicit Augu. martyrem nō fa/
cit pena: ſed cauſa. Talis miles xp̄i fuit
beatus petrꝰ martyr: q̄ cum eſſet inqſitor
hereticoꝝ ꝯ hereticos manicheos predi/
cans mortuꝰ eſt ꝓ fide xp̄i. et qꝛ mortuus
eſt tp̄e paſchali ſicut xp̄us: quia ſabbato
ante dnīcam in albis: ideo pōt dici de eo
ſicut de moyſe ad Hebre. xj. Fide celebra/
uit paſcha ꝛ ſanguinis effuſionē. Ubi no
tate ꝙ in geſtibus illuſtriū virorū: q̄ pro
republica magna geſſerūt bella et victo/
rias: tria notantur in eoꝝ bellis et victo
rijs. Primo cauſa vt oſtendat ꝙ ꝓ verita
te et iuſticia. Scdo tempus vt de inſigni
opere habeatur noticia. Tertio virtus vt
appareat de eius virtuoſa conſtātia. Sic
eſt de beato Petro martyre. in actione de
pugna et prelio ſuo ꝯ diabolū oſtenditur
Primo ſua cauſa rōnabilis: qꝛ ꝓ fide. Pu
gnauit em̄ ꝓ veritate fidei cū patruo ſuo
adhuc puer. Narra hiſtoriam. Pugnauit
ꝯ alios hereticos diſputando et p̄dicādo
vbi fecit miraculum de nube. narra hiſto
riam. Scdo oſtendit in pugna ꝛ certami
ne beati petri martyris tēpus acceptabi/
le: qꝛ in paſcha ſicut xp̄s mortuꝰ eſt. vt di/
ctū eſt. Dicit quibꝰ paſſio btī petri marty
ris fuit ſimilis paſſioni xp̄i. quia xp̄us a
ſuo diſcipulo: beatꝰ Petrus a ſuis paren
tibus. xp̄s ſuā mortē preſciuit. Ūn ſciens
ieſus oīa que ventura erant proceſſit. et
beatus petrꝰ ſimiliter in die ramorum in
publica predicatiōe ſuā mortē predixit et

aliã.dic.Tertio ꝛ vltimo oſtendit in eius
certamine ſua conſtantia multũ ſtabilis:
q₂ ſanguinis effuſionē. Dic de ei⁹ marty⸗
rio quō fuit veniendo de conuentu de cu⸗
manis:vbi erat prior:et iret mediolanũ:
q̄ diſtant per.xxiiij.miliaria.in media via
ad.xij.miliaria fuit interfectus ſcribendo
cũ ſanguine ſuo in terra. Credo in deum
patrē oīpotentē creatorē celi et terre viſi⸗
biliũ oīm et inuiſibiliũ. In iſto martyrio
beat⁹ petrus martyr vicit diabolum reſi⸗
ſtendo:nō fugiendo. Nā etſi laudabilis
eſt victoria ꝑ fugam ꝯ carnē: vt dictũ eſt:
et etiam mũdũ/exēplo xp̄i qui cũ fecit mi
raculũ de panibus in deſerto:mũdus ſta
tim incepit preliũ contra eũ ꝑ arma vani
tatis:ꝛ voluerũt eũ facere regē: ſed ī iſto
prelio ipſe in montē fugit ſolus: ꝛ ſic de
mũdo victoriā habuit. Johā.vj. Fugere
tñ ī prelio ꝯ diabolũ eſſet vituperabile: ꝛ
nullo mō laudabile. nā victoria ꝯ diabo⸗
lũ non dꝫ eſſe per fugā: ſed per reſiſtentiā
j.Pet.v.Aduerſarius veſter diabol⁹ tāq̄
leo rugiens ꝛc.cui reſiſtite fortes in fide.
Scutũ cũ quo btūs Petrus martyr reſti⸗
tit diabolo: fuit p̄dicatio. et verbum dei
fuit gladius acut⁹:cũ quo ip̄m vicit et ſu⸗
perauit:iuxta doctrinā apl'i ad Ephe. vj.
In oībus ſumentes ſcutũ fidei ꝛc.ſequit
Et gladiũ ſpūs qḋ eſt verbũ dei. Patet g°
daclaratũ ꝙ in triplici certamine. b.Pe⸗
tr⁹ martyr certauit. Pīo in forti ꝯ mũdũ
et in iſto vicit ſuſtinēdo ꝛc. Scḋo in bo⸗
no ꝯ carnem: et in iſto vicit fugiēdo. Ter
tio in iuſto ꝯ diabolũ:et in iſto vicit reſi⸗
ſtendo: vt de eo dicat ꝑ cōcordātia illud
qḋ cantat eccl'ia. Iſte ſctūs ſcꝫ beat⁹ petr⁹
martyr ꝓ lege dei ſui certauit vſq₃ ad mor
tem:et a verbis impiorꝫ non timuit: fun⸗
datus eñ erat ſupra firmā petrā.i. ſuper
xp̄m et fidē xp̄i. Petra autem erat xp̄s. j.
Cor.x. Et iō de iſto glorioſo martyre can
tatur.Cum ſit in petra fidei tenet veſtigia
ad petrā xp̄m prouehi meret cũ victoria.
Et ſic finitur primus tractatus vbi debe⸗
mus ſpeculari quod fuit certamen:quod
beatus petrus certauit.

Secũda pars.

## Dixi ſecũdo principa

liter ꝙ erat vidēdũ ſi fuit legitimũ certa⸗
men:qḋ beatus petr⁹ certauit:q₂ al's ẜm
thema nō debet ſibi corona. Pro quo no
tandũ ꝙ ẜm ꝙ ponit ſeneca in quadam
epl'a:ad hoc ꝙ certamē alicui⁹ eſſet legiti
mũ apud hoīes:tria erant neceſſaria req̄
ſita. Primo ꝙ nullus certās vinceret no⸗
tabiliter.ſ.abſq₃ notabili leſione: et ali⸗
cui⁹ mēbri mutilatione.vñ ſi miles in bel
lo eſſet turpiter leſus:vl' mutilat⁹:nō da⸗
bat ſibi corona. Scḋo ꝙ vinceret publi⸗
ce corā oībus:nō latēter:nō ꝓditorie aut
fraudulenter ꝙ tali non debebat. Tertio
ꝙ vinceret potēter.ſ.ſe fortiorē ꝛ potētio
rē.vñ ſi miles vīceret puerũ:vel al's mili
tē ſemipotētiorē ac īferiorē: nō debebat
ſibi corona. Ad ꝓpoſitũ iſto triplici mō
btūs petr⁹ martyr vicit īimicos ſuos:vñ
ſeq̄t ꝙ certamē ei⁹ fuit legitimũ. Prīo
vicit notabiliter carnē:q₂ per nullũ pctm̄
mortale ꝑ ipſaꝫ eſt leſus in aīa: nec aliqḋ
eius mēbrũ. puta nec oculus vel manus
ꝑ inclinationē ad pctm̄ ꝑ ipſam eſt muti⸗
latũ in corpe.vñ ex hoc ſequit ꝙ debetur
ſibi corona:quā de eo vidit iohes Apoc.
vj.Vidi(inq̄t)et ecce equus albus.ſ. bti
petri martyris corpus ꝑ virginitatē ꝛ mũ
diciā.et qui ſedebat ſup illũ habebat ar⸗
cum:ꝛ data eſt ei corona. Scḋo vicit bea
tus petr⁹ patēter ꝛ publice mũdũ: p̄rem
et matrē:et oīa ꝓpter xp̄m relinquendo:
et ꝑ ingreſſum religionis:vbi vixit ſctē et
laudabil'r p.xxx.annos paupꝫtati volunta
rie adherēdo.vñ dicit ſibi dñs Ezech.xvj.
dedi coronā decoris in capite tuo. Tertio
vicit potenter et fortiorē ſe per naturam
inimicũ diabolũ xp̄i fidem defendendo:ꝛ
martyriũ ſuſtinēdo.vñ debet ſibi corona.
Dicit btūs petrus martyr cũ apl'o. ij. ad
Timoth.iiij.Bonũ certamen certaui.q°ad
primũ.ſcilꝫ ꝯ carnē.curſum cōſummaui.
q°ad ſcḋm.ſcꝫ mũdũ. Mũdus eñ eſt q̄dā
curſus velociter trāſiens:q₂ tranſit mun⸗
dus et ei⁹ concupiſcētia.fidē ſeruaui.q°ad
tertiũ.ſcꝫ ꝯ diabolũ:q̄ ꝑ naturā eſt fortior
licꝫ eñ diabolus ſit fortior hoīe ꝑ naturā
vincitur tñ a ſctīs hoībus ꝑ dei grām.vñ
Augu.de p̄deſtinatiōe ſctōꝝ dicit. De⁹ in
agone hui⁹ vite certantes adiuuat:ꝛ vin
centib⁹ coronas largit eternas. ſequitur
igit ſtatim propter hec tria certamina:
q₂ legitime certaui in reliquo repoſita eſt
mihi corona. Hic finit ſcḋs tractatus.

Tertia pars.

## Dixi tertio principali

ter ꝛ finis:ꝙ erat videndū quā coronam
habuit btūs petrus martyꝛ ꝓpter certa⸗
men qđ certauit.vñ contēploꝛ ꝙ xp̄s vo⸗
cās eū ad coronā reddēdā ꝓ certamīe qđ
certauit:dixit ſibi illud qđ dixit btō iohā
ni euāgeliſte.Apoc.ij. Dabo tibi coronā.
In q̇bus v̄bis oñdit ſibi duo ſingularia.
Primū magnā voluntatem cum affectio⸗
ne amoroſa:qꝛ dicit ſibi .Tibi dabo.
Scđo altam dignitatē cum promotione
honoroſa:qꝛ dicit.coronā.
Primo dicit ſibi.dabo tibi.qđ eſt ſignum
amoris.pr̄ cōiter dat filio ex amore maxi⸗
me illi quē magis diligit. Inter oēs ſan⸗
ctos de⁹maxime ꝛ mag̃ diligit btm̄ petrū
martyrē:ſicut ioſeph ſup oēs filios ſuos
fuit dilect⁹ ꝑ iacob.cā in textu reddit̃. eo
ꝙ ī ſenectute genuiſſet eū.Geneſ.xxxvij.
Sic ad litterā eccl'ia iā exiſtēs ī ſenectute
et ī fine ſcl'oꝝ:genuit xp̄o nouū martyrē
petrū.non ĝ mirū ſi tantū xp̄s eū dilexit:
et q̄ petit:ſibi ꝯcedit ꝛ ſpāl'r gr̄am in mi⸗
raculis hic ꝛ vbiqꝫ.Dicas hic de ei⁹ mira
culis ſicut ſciuerꝭ ꝛ videris expedire.Se⸗
cūdo dicit xp̄s btō petro.dabo tibi coro⸗
nā.ſ.triplicē. Primo coronā ſtellarū:de q̄
Apoc.xij.ꝛ iſta debet̃ doctoribus:qꝛ q̇ ad
iuſticiā erudiūt multos:erunt q̄ſi ſtelle in
ꝑpetuas eternitates.Dañ.xij. Scđo da⸗
bo tibi coronā ſpinarū:de q̄ Io. xix.ꝛ iſta
debet̃ v̄ginib⁹.v̄ginitas em̄ inter ſpinas
aſperitatū et pniarū cōſeruat̃. Prouerb.
iiij.corona inclyta ꝓteget te.Tertio dabo
tibi coronā de auro:de q̄ Eccl'i.xlv. Coro⸗
na aurea ſup caput ei⁹. ꝛ iſta debet̃ mar⸗
tyrib⁹: q̇ ꝑ ignē tribulatiōis ꝛ pſecutiōis
ꝓbant̃ . Cōſtat em̄ ꝙ beat⁹ petr⁹ doctor
v̄go ꝛ martyꝛ fuit;: et igne tribulatiōis ꝛ
pſecutiōis ꝓbat⁹. Btūs igit̃ vir q̇ ſuffert
tētationē qm̄ cū ꝓbat⁹ fuerit: accipiet co
ronā vite.Iacobi.j. Ptꝫ igit̃ triplex tra⸗
ctat⁹ de beato petro martyre ꝓſecutus.
Primus de tribus inimicis contra quos
bellauit.
Scđs quomodo legitime eos vicit et ſu⸗
perauit.,
Tertius de corona quā ꝓ victoria repor⸗
Et ſic pꝫ thema īceptū ꝑ dei gra⸗ (tauit.
tiam cōcluſum.Coronat̃ q̇ legitime certa
uit.Et ideo eccl'ia reddēdo deo gr̄as pro
certamine huius glorioſi martyris:cātat
di.Gl'ia tibi do.ꝛc. ꝛ fortes in certamine
ſertis ornas ꝑpetuis.Ad quā gl'iaꝫ ꝛc.
¶ In feſto beati Petri martyrꝭ. Ser.ij.

Chriſtus paſſus
eſt nobis reliquēs exēplū
j.Pet.ij.ꝛ in epl'a hodier.
Honorabiles dñi ꝫm phi
loſophoꝝ et theologorum
ſniaꝫ/nulla mūdi actio recta/iudicat̃ vir
tuoſa:aut ꝑfecta:niſi ꝯformet̃ aut dirige
tur ab aliq̇ exēplo. ſeu exēplari vel forma
vl' rl'a.facil'r al's q̄libet actio poſſꝫ a recto
deuiare:ꝛ in errorē labi.iō dñs cupiēs ꝙ
moyſes op⁹ tabernaculi faciēs nō erraret
ſed vt ſibi p̄cipiebat̃: rectū faceret : dedit
ſibi exēplar vl' exēplū:cui ſe ꝯformaret.di
xit em̄ ſibi Exo.xxv.Inſpice ꝛ fac ꝫm exē⸗
plar qđ tibi ī mōte mōſtratū eſt. Immo
dicūt theologi ꝙ de⁹: cū ſit agēs ꝑ intel⸗
lectū:nunꝙ̄ aliqđ opus egit:q̄n illud ali⸗
cui exēplo ꝯformaret.ꝛ dicūt exēplū illud
ad cui⁹ſimilitudinē fit aliud:qđ vocāt for
mā vel ideā.Et declarat̃ iſtud ſic ī tracta⸗
tu de ideis.In oī agente ꝑ intellectū/opꝫ
ꝙ forma rei fiēde preexiſtat in agēte ꝫm
eſſe ītelligibile.ſicut cū artifex fac domū:
opꝫ ꝙ forma dom⁹ p̄exiſtat ī mēte: ꝛ erit
tanꝙ̄ exēplū ad cui⁹ imitationē facit do⸗
mū. Sic de⁹ faciēs mūdū ꝑ intellectum/
p̄habuit ī mēte ſua exēplar mūdi et oīm
partiū ei⁹:ad cui⁹ ſil'itudinem ꝓduxit ad
extra mūdū. et iō Boetius. iij. de cōſola.
metro.ix.ad ꝓpoſitū ſic. Tu cūcta ſupno
Ducis ab exēplo pulchrū pulcherrim⁹ ipe
Mūdū mēte gerēs:ſiliqꝫ imagīe formās
Pꝫ igit̃ declaratū ꝙ oē agēs ītellectuale
etiā de⁹:agit ꝑ exēplū. Nec aliq̇ actio re⸗
cta aut pfecta iudicat̃:niſi regulet̃ et con
formet̃ aliq̇ exēplo.Et repio honorabiles
dñi moral'r loquēdo:ꝙ ꝓ v̄tuoſa opatio
ne hoīꝫ exēpla ſunt neceſſaria:ꝛ dant̃ ꝓ⸗
Primo ad habēdū de v̄tuti⸗ (pter tria.
bus noticiā et informationem.
Secūdo ad habendū de erroribus emen
Tertio ad dādū diſci⸗ (dā et correctionē.
pl'is ꝛ auditoribus facilem inſtructionē.
¶ Dico primo ꝙ dantur et ſunt neceſſa⸗
ria exēpla ad habēdū de v̄tutib⁹ ꝛc. Iſto
mō ponit̃ princeps et rex in republica tē⸗
porali vt toti⁹ ppl'i ſit exēplū et director
v̄tuoſus.vñ Claudian⁹.Regis ad exēplū
tot⁹ cōponit̃ orbis: Mobile mutat̃ vna
cū pricipe vulgus. Iſto mō ꝫm Valeriū
maximū depīgebant rome ꝛ athenis ī lo
cis publicis facta ſtrenua valētiū militū:
qui pro republica pugnarunt:vt illorum

exempla intuentes: ad ſimilia anhelarēt. Et ideo ad propoſitum huius Boe. iiij. de cōſola. metro vlti. recitat facta virtuoſa ⁊ ſtrenua: que tres valentes milites pro re-publica geſſerunt. ſ. agamēnon ⁊ vlixes in troia: et hercules in. xij. laboribus: quos ibi recitat. Et in fine prouocans et exhortās virtuoſos: ꝙ iſtoꝝ exemplo ſimilia faciāt: dicit ſic. Ite nūc fortes/ vbi celſa magni Ducit exempli via. cur inertes Terga nudatis: ſuperata tellꝰ ſidera donat. Iſto modo ponūtur totius populi ⁊ ſubditoꝝ v̄tuoſa exēplaria in republica ſpūali eccleſiarum princeps ⁊ prelati. vnde Hiero. in epiſtola ad heliodoꝝ. Domus epi ⁊ cōuerſatio quaſi in ſpecula poſita magiſtra eſt publice diſcipline. quicq̄d fecerit illud ſibi oēs faciēdū putant. et ideo habetur in canone ex̄ lib. iij. de voto ⁊ voti redēptione. c. magne. qđ agit a prelatis: trahitur a ſubditis in exēplū. ꝓpter hoc dixit apl's j. ad Timoth. iiij. Exemplū eſto fidelium. Patet ergo primū ꝙ exēplum datur et requiritur ad habendū de virtutibus ⁊c̄.

¶ Dico ſcđo ꝙ danť et ſunt neceſſaria exēpla ad habendū de erroribus emendā ⁊c̄. Videmus em̄ ꝙ artifices ⁊ ſcriptores exēplis cōformātur: vt error in opere caueatur. Iſto modo ponuntur in republica ſapiētes ⁊ intelligentes tanꝗ exēplaria nō corrupta: ad que oēs alij ſua habent conformare opera: vt ſint ſine errore recta. q̇ ſi errant etiā illoꝝ exemplo alij errabunt. propter hoc philoſophia videns Boe. per poeticas muſas deceptum: ⁊ eum erraſſe: contra ipſas lib. j. pſa. j. dicit ſic. Si quē profanum vti vulgo ſolitum nobis blāditie veſtre detraherent: minus moleſte ferendum putarem. nihil quippe in eo noſtre opere lederentur. Hunc v̄o eliaticis atq; academicis ſtudijs enutritū. Super hoc dicit magiſter Nico. de treueto. Magis dolendū eſt de errore ſapientis/ ꝗ de errore inſipientis: q: error ſapiētis trahitur cōiter in exemplū: non inſipientis. Et de prelatis qui ſuo exēplo alios errare faciūt habetur in cano. xj. q. iij. precipue. ꝙ tot mortibꝰ digni ſunt: quot ad ſubditos ſuos perditionis exempla tranſmittūt. Et pro tāto dicebat apl's Tito in. c. ij. In omnibus teip̄m prebe exēplū bonoꝝ operū.

¶ Dixi tertio ꝙ dantur et ſunt neceſſaria exempla ad dandum diſcipulis ⁊ auditoribus ⁊c̄. Quādo enim lectio eſt difficilis audiēti: datur ſibi ſimilitudo illius quod ſibi legitur in exemplo aliquo: vt facilius intelligat: etiam ſi non ſit ita in re. et ideo dicit pħs in. j. prioꝝ. Exempla enim ponimus vt ſentiāt quid addiſcunt. ⁊ facilius imprimitur lectio ⁊c̄. Ad propoſitum oīa iſta applicādo: ſm̄ Aug. oīs xp̄i actio noſtra eſt inſtructio regula et exēplar: cui debemus nos conformare. vnde xp̄s Iohā. xiij. Exēplum em̄ dedi vobis: vt quemadmodum ego feci: ita ⁊ vos faciatis. ſpecialiter humilitatis et virtutis exemplū fuit paſſio xp̄i. Sed exemplū potiſſimū humilitatis et virtutis fuit eius paſſio. vñ Grego. in collecta. Oīpotēs ſempiterne deus qui humano generi ad imitādum humilitatis exemplum/ ſaluatorem noſtrum carnem ſumere: ⁊ crucem ſubire feciſti ⁊c̄. Explicit ſermo. Deo gratias.

¶ In feſto btī Petri martyris. Ser. iij.

PRopter gaudium natus eſt hō. Ioh. xvj. et in euāgelio dñice currētis ſcribiť hoc thema. Secūdū ſnīam quā xp̄s dixit nicodemo Ioh. in. c. iij. niſi quis natꝰ fuerit denuo nō p̄ōt videre regnum dei. quilibet dei electꝰ naſcitur duplici natiuitate. Primo natiuitate naturali qua in hūc mundum naſcitur: de qua Eccl's. iij. Tempus naſcendi: et tempus moriēdi. Homo naſcitur ad laborem. Iob. v. Scđo natiuitate celeſti et eternali: de qua glo. interlinearis ſup̱ verbo thematis. natus. ſ. in vitam eternā. Et ideo xp̄s nicodemo. Oportet vos naſci denuo. Hoc ſuppoſito et declarato de vero hoīe: qui eſt beatus petrꝰ martyr propter eius virtutem: q: ſm̄ Boetiū de cōſola. li. iiij. proſa. iij. quē transformatum vitijs vides: hoīem eſtimare non potes. Sumptū thema introducitur ſic: In prima natiuitate que eſt terrena ⁊ naturalis propter triſticiā/ natus eſt homo. igitur in ſcđa natiuitate que eſt celeſtis ⁊ eternalis propter gaudium/ natus eſt homo. tenet iſta ꝯña tribꝰ medijs ſiue vijs.

Primum medium eſt logicale.

Scđm phyſicum et naturale.

Tertiū textuale ſimul et theologale.

¶ Primo tenet iſta ꝯña medio logicali. dicit pħs. in. j. prioꝝ ꝙ ꝓpoſitiones de con

tingenti ad vtrūlibet conuertūtur per op
poſitas qualitates: vt affirmatiuā in ne-
gatiuā. et ecōtra. Ad ꝓpoſitū oīa que per
natiuitatē terrenā et naturalē adueniunt
electis dei in hoc mūdo: ſunt de cōtingen
ti: et aduenīūt contingēter: quia nihil ha
bēt ſtabilitatis: nihil neceſſitatis ⁊ ſepiſſi
me variātur. Luc. xv. Da mihi portionem
ſubſtātie que me cōtingit. Et iſta ſunt ad
vtrūlibet: q: indifferēter bonis ⁊ malis cō
ueniūt. Cū igitur electis dei in hoc mun-
do vt plurimū adueniat triſticia. vñ Iob.
in. c. vbi thema. Mundus gaudebit: vos
aūt triſtabimini. Sequit̄ igit̄ ꝙ iſta triſti
cia debet eis cōuerti in oppoſitā qualita-
tem: qđ eſt gaudiū. Ptꝫ igit̄ ꝯña declara-
ta medio logicali. ꝙ ex quo prima natiui
tate que eſt terrena ⁊ naturalis ꝓpter tri
ſticiā/ natus eſt hō: igit̄ ſcđa que eſt cele-
ſtis et eternalis ꝓpter gaudiū/ natus eſt
hō. Scđo tenet iſta ꝯſequētia medio phy
ſico et naturali. Phs in. v. phyſicoꝝ di-
cit/ ꝙ motus eſt a cōtrario in cōtrariū. ſi-
cut motus alterationis ab albedine in ni
gredinem. motus localis a ſurſum in deor
ſum: que ſunt cōtraria. et terminus a quo
cōtrariat̄ termino ad quē. Sic motus eſt
a cōtrario in contrariū. Ad ꝓpoſitū electi
dei ſunt in hoc mūdo per natiuitatē natu
ralē tanꝙ̄ in termino a quo. tendūt ad ce
lū vbi naſcūtur eternaliter: tāꝙ̄ ad termi
nū ad quē. Cū igitur in hoc mūdo: qui eſt
terminus a quo: vt dictum eſt: electis dei
adueniat triſticia: ſequit̄ igitur ꝙ in celo
qđ eſt terminus ad quē: et per conſequēs
cōtrarius: dꝫ eis cōuerti in ſuū cōtrariū:
qđ eſt gaudiū. Patet ergo conſequētia de
clarata medio phyſico et naturali: ꝙ exq̄
prima natiuitate que eſt terrena ⁊ natura
lis ꝓpter triſticiā/ nat⁹ eſt hō: igit̄ ſcđa q̄
eſt celeſtis ⁊ eternalis propter gaudiū/ na
tus ē hō. Tertio tenet iſta ꝯña medio ethi
co ⁊ morali. Phs moralis Boe. ij. de cōſo
la. pſa. ij. dicit/ ꝙ ipſe cōquerēs de fortu-
na q̄re ita erat ſibi aduerſa: ⁊ mōſtrabat ſi
bi vultū nubilū: dicit ꝙ phia rñdēs ꝓ for
tuna dixit ſibi. Nōne adoleſcētulus athe-
nis. ſ. in iouis limine/ duo dolia: vnū ple-
num melle: aliud plenū felle iacere didici
ſti: ex doctrina homeri poete ſcꝫ. Fabula
iſtius homeri fuit ꝙ limen iouis eſt mun
dus ſuperior. ſ. celū: et inferior. ſ. terra. qli
bet electus dei intrat in hoc limē ꝑ natiui
tates predictas. cū igit̄ in hoc mūdo infe
riori. ſ. terra bibat de dolio fellis amaritu
dinis ⁊ triſticie: ſequitur ꝙ in natiuitate
eterna: que erit in celo: bibet de dolio mel
lis. ſ. gaudij ⁊ leticie. Pꝫ igit̄ ꝯña deducta
medio ethico ⁊ morali: ꝙ exquo pᷣma na
tiuitate q̄ eſt terrena ⁊c. Quarto ⁊ vltimo
tenet iſta ꝯña medio textuali ſimul ⁊ theo
logali. Xp̄s diſcipulis dixit in ca. vbi the-
ma. Mulier cū parit triſticiā habet: q: ve
nit hora ei⁹. Cum aūt peperit puerum: nō
meminit preſſure ꝓpter gaudiū: quia na-
tus eſt hō in mūdū. Super hoc verbo Al
chuinus: ꝙ mulier eſt ſancta eccleſia: que
deo ſpūales filios cōcipit. hec parit dum
in hoc mūdo virtutum ꝑfectibus inſiſtit.
ita ꝙ tp̄s preſentis vite eſt tempus pariē
di: ⁊ ſic triſticiā habet. primū inſtans vite
eterne/ eſt primū in quo eſt verū dicere ꝙ
peperit et ſic gaudiū habet. Ad ꝓpoſitū:
Cū igitur in hoc mūdo electis dei: qui na
ſcūtur vita naturali: adueniat triſticia: q:
mr̄ ſua eccleſia parit: ſequit̄ ergo ꝙ in ce-
lo: vbi naſcūtur vita eterna: habebūt gau
diū: q: mater ſua peperit. ptꝫ rō ex textu.
Et ſic ptꝫ ꝯña declarata medio textuali ſi
mul et theologali: ꝙ ex quo prima natiui
tate: q̄ eſt terrena ⁊ naturalis ꝓpter triſti
ciā/ nat⁹ eſt hō: ſequit̄ ꝙ ſcđa q̄ ē celeſtis
et eterna ꝓpter gaudiū/ natus eſt homo.

¶ Sed pro maiori euidentia thematis/ et
declaratiōe preſentis materie/ deducam⁹
et declaremus tam antecedens ꝙ̄ ꝯñs: et
primo antecedēs: deinde ꝯñs. Dixi pmo
in antecedēte ꝙ in natiuitate naturali: q̄
hō ⁊ quilibet dei electus in hūc mūdū na
ſcitur: ꝓpter triſticiā natus eſt homo. vn-
de Salomon loquens de ſeipſo/ ⁊ de quo
libet alio: qui in hunc mundum naſcitur.
Sap. in. c. vij. dicit ſic. Ego natus accepi
cōem aerē: ⁊ ſimiliter in factam decidi ter
ram: et primā vocem ſimilem oībus emiſi
plorans. In inuolumētis nutritus ſum:
et magnis curis. Nemo eñ ex regibus ali
ud habuit natiuitatis initium. Unus er-
go eſt omnibus introitus ad vitam: ⁊ ſimi
lis exit⁹. In iſta autoritate notate ſex tri-
ſtabilia: et tria iſtoꝝ ſunt quib⁹ hō priua-
tur: alia tria quibus homo dotatur in ſui
triſticiam et miſeriam.

Primo nāq3 priuatur oī bono fortune.
Scđo oī naturali robore et vigore.
Tertio oī conſolatione et delectatione.

Quarto indiget aſſidua cura et ſollicitu-
dine.

Quinto habet generalem introitum ſine
diſcrimine.

Sexto habet communē exitum: vt appa-
ret quotidie.

¶ Dico primo ꝙ primū triſtabile qđ comi-
tatur ⁊ cōſequitᷣ hoīem in ſua natiuitate
naturali: eſt ꝙ p̄uatur ⁊c̄. Et iſtā triſticiā
tāgit ſalomon in tex. qn̄ dicit. Ego natus
accepi cōem aerē. q. d. nihil habui ꝓpriū:
et nullas comportaui diuitias: nullos ho-
nores: ſed accepi illud elementū qđ eſt de
cōi tam mihi/ꝙ beſtijs. ſ. aerē ad reſpirā-
dū. Nec dicit creaui: ſed creatū accepi. di-
uitie em̄: nec alia bona fortune: q̄ ſunt ho-
mini ꝓpria: in natiuitate nō habēt. ꝓ tā-
to dixit Iob in ca. j. Nudus egreſſus ſum
de vtero matris mee ⁊c̄.

¶ Dixi ſcđo ꝙ ſcđm triſtabile qđ ſequitur
hoīem ī ſua natiuitate naturali: eſt ꝙ pri-
uatur naturali robore ⁊c̄. ⁊ iſtā triſticiam
tangit ſalomon in tex. qn̄ dixit. Et in ſimi-
liter factam decidi terrā. q. d. carui oīm vi-
riū poteſtate. q2 natus in mundū nō veni
volās: nec ambulās: nec nauigās: nec eq̇-
tans: ſꝫ ſine q̄cūqꝫ fortitudine decidi in fa-
ctā terrā: quantū fuit per me: niſi per ma-
nus alioꝝ ſuſtentatus fuiſſem. imo ita ca-
ret homo viribus qn̄ naſcitᷣ: ꝙ nec inſtru-
mēta portat cū q̇bus poſſet ab incommo-
dis ſe tueri. non ſic alia aīalia. Solus ho-
mo naſcitᷣ ſine armis. et dās cauſam huiꝰ
Chryſ. ſup Mat. dicit ſic. Oēm creaturā
ſenſibilē armatā et munitā creauit deus.
alios veloci pedū curſu: alios vnguibus:
alios pēnis: alios cornibus: hoīem v̄o ſic
diſpoſuit vt ſua virtus ſit ipſe deus: vt ne-
ceſſitate coactus ſemꝑ habeat ſuū requi-
rere dominum. hec ille.

¶ Dixi tertio ꝙ tertiū triſtabile qđ conſe-
quitᷣ hoīem in ſua natiuitate naturali: eſt
ꝙ priuatur oī conſolatione ⁊c̄. Et iſtā tri-
ſticiā tāgit Salomon in tex. qn̄ dixit. Ego
natus primā vocē ſimilē oībus emiſi plo-
rās. Prima vox que ꝓcedit ab hoīe in hoc
mūdo eſt ⁊ incipit a ploratu ⁊ triſticia: q2
ingreditᷣ vitā triſticie et ploratꝰ: quare eſt
argumētū ꝙ in hac vita naturali propter
triſticiā natꝰ eſt hō. Narrat Aug. li. de viſi-
tatiōe infirmoꝝ: ꝙ q̇dā pħi fuerūt q̇ ī na-
tiuitate pueroꝝ flebāt: q2 vitā fletus ⁊ tri-
ſticie intrabāt: ⁊ in morte gaudebant. De
iſtis pħis fuit Eraclitus: de quo Seneca
lib. de tranquillitate animi. In ſignū hu-
ius xp̄s reuocaturus ad vitā iſtā miſerā
et triſtē lazarū: fleuiſſe dr̄ Ioh. xj. Lachry-
matus eſt ieſus. Ad ꝓpoſitū horum dicit
Solinus de mirabilibus mūdi: ꝙ prima
vox naſcentium eſt vagitus. ſigna enim le-
ticie differuntur vſqꝫ in quartū diē. ſolus
em̄ zoroaſtres eadē hora qua natus eſt: ri-
ſiſſe legitᷣ. nec in hoc aliquod bonū pretē-
debat futurū. fuit em̄ inuētor artium ma-
gicarū ſm ꝙ dicit magr̄ in hiſtorijs.

¶ Dixi quarto ꝙ quartū triſtabile qđ con-
ſequitur hoīem in ſua natiuitate natura-
li: eſt ꝙ indiget aſſidua ſollicitudine ⁊c̄.
Iſtā triſticiā tangit ſalomon in tex. qn̄ di-
cit. In inuolumentis nutritus ſum et ma-
gnis curis. Nulla ꝓles in mūdo beſtie vel
auis tanta ſollicitudine indiget educatio-
nis. nullus fetꝰ tāte apparet imbecillita-
tis ſicut hō. iō dicit. In magnis curis. Ho-
mo em̄ nec incedere: nec comedere ꝑ ſe no-
uit. nō eſt res in mūdo que ſecum nō affe-
rat veſtimentū et coopertură: niſi homo.
Hugo in didaſcalicō. Singula queqꝫ na-
ſcentiū ꝓpria habēt munimēta: quibꝰ ab
incōmodis ſe defendant. cortex ambit ar-
borē: pēna tegit volucrē: piſcem ſquama
operit: lana ouē induit: pilus iumenta ve-
ſtit: ſolus homo inermis naſcitᷣ: ⁊ nudus
exit. hec ille. Et iō ſalomon dicit. In inuo-
lumentis nutritus ſum.

¶ Dixi quinto ꝙ quintū triſtabile qđ ho-
minē cōſequitur in ſua natiuitate natura-
li: ꝙ hꝫ generalē introitū ⁊c̄. Iſtā triſticiā
tangit ſalomō in tex. qn̄ dicit. Nemo ex re-
gibus aliud habuit natiuitatis initium.
Qz reges qui ſunt dn̄i/et potentes: ita mi-
ſere et viliter naſcātur ſicut ⁊ ceteri: iſtud
ad triſticiā ⁊ magnā miſeriā pertinet. oēs
em̄ ſunt ex terra: et ex genere terreno illiꝰ
qui primo factus eſt. ſ. adam. Sap. vij. iō
nō mirū ſi ſic naſcūtur ſicut ⁊ alij. Narrat
marcialis de quodā rege ſicilie q̇ nūq̄ vo-
luit ī alijs vaſis ſibi miniſtrari: niſi de ter-
ra. Interrogatus a quodam cur hoc face-
ret: reſpondit ꝙ lꝫ eſſet rex: tn̄ erat filiꝰ cu-
iuſdam figuli: ⁊ vt haberet memoriam ge-
neris ſui: et non ſuperbiret de regno: ordi-
nauit ſibi in vaſis talibus miniſtrari. Iſte
rex habuit in memoria ꝙ nemo ex regibꝰ
aliud habuit natiuitatis initium.

¶ Dixi ſexto et vltimo/ꝙ ſextum triſtabi-

le quod hominem conſequitur in ſua na-
tiuitate naturali: eſt ꝙ habet cõmunẽ exi
tum ⁊c̃. Et iſtud triſtabile tangit in tex. ſa
lomon qñ dicit. Unus eſt ergo omnibꝰ in
troitus ad vitam: et ſimilis exitus. q. d. tã
reges ꝙ̃ alij equales ſunt in natiuitate: ⁊
equales in morte: ⁊ in nullo differunt. De
diogene legitur ꝙ inuenit eum alexander
in quodã cimiterio voluentẽ oſſa mortuo
rum. interrogatus ab eo cur hoc faceret:
reſpondit. putabam inuenire differẽtiam
inter oſſa nobilium et pauperum: ⁊ nõ in
uenio. Et ideo metrice dicitur. Mors do
minũ ſeruo: mors ſceptra ligonibꝰ equat:
Diſſimiles ſimili conditione trahit. Pau
peris ⁊ regis: cõmunis lex moriendi: Dat
cauſam flẽdi: ſi bene ſcripta legis. Ecce er
go ſex triſtabilia in ſalomonis tex. decla-
rata: que cõſequũtur hoĩem in ſua natiui
tate naturali. Ex quibus patet clare veri-
tas antecedentis premiſſi in principio ſer
monis: ꝙ natiuitate terrena ⁊ naturali ꝑ
pter triſticiam/ natus eſt homo.

¶ Sed dixi in conſequente ꝙ natiuitate
celeſti et eternali propter gaudiũ/ natꝰ eſt
homo. In paradiſo eñ ſancti habẽt gau-
dium. ſm eñ Augu. gaudium eſt eſſentia
le beatitudinum: et conſequitur viſionẽ ⁊
fruitionem. vnde in. ix. cõfeſſionum. Bea-
ta vita eſt gaudere de te. et ſm Bernar. il
lud eſt verum et ſolũ gaudium: quod non
de creatura: ſed de creatore cõcipitur. Et
ideo Eſa. in. lj. c. ſui lib. dicit de ſtatu bea-
titudinis: ꝙ gaudium et leticia inuenieť
in ea: gratiarum actio: ⁊ vox laudis. Et di
cit Aug. viij. confeſ. ꝙ gaudium ſanctorũ
tãto eſt magnum: quãto in eis in hoc mũ
do preceſſit/ maior anguſtia ⁊ triſticia. Et
dat ad hoc declarãdum quinq; exempla.
Primũ eſt de milite triumphãte: qui quã
to maiorem laborem habuit in prelio: tã-
to magis gaudet de triumpho. Secundũ
eſt de nauigante: qui quanto in tẽpeſtate
fuit in maiori periculo: quãdo venerit ad
portum tanto exultat maiori gaudio. Ter
tium eſt de egro qui quanto maiorem ha-
bet infirmitatem: tãto magis gaudet ade
pta ſanitate. Quartum eſt de ſitiente ⁊ fa
meſcente: qui quanto magis ſitit ⁊ fame-
ſcit: tanto auidius et gaudentius habito
cibo comedit. Quintum eſt de ſpõſa: que
differtur dari ſponſo. vt quãto ipſum ma-
gis deſiderat: tãto magis eo adepto de ip
ſo gaudeat. Item dicit Augu. ſuper Geñ.
ad litteram: ꝙ ſancti gaudent in paradi-
ſo: quia virtutes ibi non ſunt laborioſe.
nunc enim in opere temperantie libidine
ſuperãtur: aut in ope fortitudinis aduer-
ſa tolerantur: aut opere iuſticie iniuſti pu
niuntur: aut prudẽtia mala euitãtur. hec
ille. Sic hic virtuoſi qui patiuntur labo-
res et difficultates: operantur delectabi-
liter et gaudioſe ſm phm. ij. Ethi. ſignum
habentis habitum eſt ſuperueniens dele
ctatio. quanto in paradiſo ſancti gaude-
bunt et delectabũtur: vbi maxima virtus
et nullus labor aut difficultas. Patet er-
go declaratum ꝙ ſecunda natiuitate que
eſt celeſtis et eterna propter gaudium na
tus eſt homo. Sed eſt hic declarãdũ quo
modo ingreſſus in vitam eternam: qui eſt
per huius mundi egreſſum et mortem: di
catur natiuitas. ita ꝙ quãdo dicitur dei
electus huic mundo moritur: in vitã eter
nam naſcitur. vnde Beda ſuper thema di
cit ſic. Nec nouũ debet videri ſi natus di-
catur qui ex hac vita migrauerit. ſicut eñ
conſuete quis naſci dicitur: cum quis de
vtero matris procedens in hãc lucem in-
greditur: ita poteſt natus appellari: q̃ ſo-
lutus a vinculis carnis ad lucem eternam
ſublimatur. vnde ſanctorum ſolennia nõ
funebria: ſed natalicia vocantur. hec ille.
Et ideo hic dicendum: ꝙ propius ingreſ-
ſus in vitam eternam: et egreſſus de hoc
mundo/ dicitur natiuitas: ꝙ̃ ingreſſus in
hunc mundum. quia natiuitas eſt termi-
nus qui componitur de natus et vita: et
ſignificat tantũ natiuitas: ſicut natus ad
vitam: quod conuenit iſtis qui ingrediũ-
tur in vitam eternam: non illis qui naſcũ
tur in hunc mundũ: qui ſunt nati non ad
vitam: ſed ad mortem. vnde pſ. lxxxviij.
Quis eſt homo qui viuet: et non videbit
mortem. Hac natiuitate in vitam eternã:
natus eſt hodie beatus Petrus martyr:
vbi gaudet ⁊ dicit cum Abachuc in. c. iij.
Ego autem in domino gaudebo: et exul-
tabo in deo ieſu meo. vnde thema conclu
ditur cum dicitur. Propter gaudium na-
tus eſt homo. Explicit.

¶ In feſto beati Petri
martyris. Sermo. iiij.

# De ſancto Petro martyre.

A PRopter gaudiū natus eſt homo. Job. xvj. et in euāgelio dn̄ice currentis. Honorabiles dn̄i/iſta dictio ꝓpter/ in nr̄o themate poſita/dicit in pn̄ti habitudinē finalē. et eſt intellectus themat;: iſte btūs petrꝰ martyr:de quo hodie feſtiuamus : eſt hō qui hodie eſt natus ad iſtū finem vt habeat gaudiū. Uerū ꝙ quilibet deuotꝰ et cōtemplatiuꝰ qui de hoc mundo hʒ experiētiā et practicā inſtat et obijcit ꝯ iſtud thema dicendo ſic.tria ſunt que de ſua rōne formali gaudiū nō importāt: ſed triſticiā et dolorem.

Primū eſt labor aīe et corporis.
Scōm eſt breuitas temporis.
Tertiū eſt miſeria totius ſubiecti.

Sed iſta cōſequit̄ quilibʒ homo ī natiuitate ſua. Patʒ primum:quia conſequitur homo in natiuitate ſua laborem. Job in capi.v. Homo naſcitur ad laborem. et non ſolū in corpe:ſed etiā in intellectu:et in opibus mentalibꝰ.vn̄ pſ̄. lxxij. Exiſtimabā vt cognoſcerē:hoc labor eſt an̄ me. ¶ Jtē ſcōo ex natiuitate conſequit̄ homo breuitatē in tēpore. quia Homo natꝰ de muliere breui viuēs tempore. Job. xiiij. ¶ Jtē tertio cōſequit̄ miſeriā in toto ſubiecto:quia replet̄ multis miſerijs.q̄ſi flos egredit̄ et conterit̄ et fugit velut vmbra: ⁊ nunq̄ in eodē ſtatu permanet. Job vbi ſupra. Jſta dicit quilibet deuotꝰ et contēplatiuꝰ:qui huius mūdi hʒ practicam et experientiā.nō adducunt ſecū gaudiū et leticiā: ſed dolorē et triſticiā. quare ḡ dic̄ thema . Propter gaudiū natꝰ eſt homo? Pro ſatiſfaciendo huic admirationi et q̄ſtioni ſciendū eſt:ꝙ ſi ꝓprie velimus loqui de natiuitate vel de naſci : ingreſſus hoīs in hunc mundū/non dr̄ natiuitas/ ſed mors.ſed egreſſus ſanctoꝝ et iuſtorū ab hoc mūdo/dr̄ natiuitas. vn̄ eccl'ia dic̄ et nominat diem in qua ſancti exeunt de hoc mundo:⁊ et paradiſum intrant: natiuitatē.dicit em̄ eccl'ia natale ſancti petri natale ſancti iohānis.⁊ in decretis.xxiij. q.ij.c.ſane.mors ſctōꝝ non funeralia:ſed natalitia vocatur . Jſtamet eſt ſententia Bede ſuper ver bo thematis. Ratio quare egreſſus et exitus ſanctoꝝ/ et iuſtorū de hoc mundo; ⁊ non ingreſſus ; dicatur proprie natiuitas vel naſci : quadruplex poteſt aſſignari per contrarium ad natiuitatem hominis in hunc mundum temporalem.

Primo:quia egreſſus ſanctorum ab hoc mundo habʒ ꝓprietatē vite.
Secūdo:quia hʒ remotionem qualitatis corruptiue.
Tertio:qr hʒ ſecuritatē contra mortē ſibi inimicam.
Quarto et vltimo qr hʒ finē et operationem per contrariū acquiſitam. B

¶ Dico pͥmo ꝙ egreſſus ſanctorū ab hoc mundo dicitur proprie natiuitas : nō ingreſſus : quia habet proprietatem vite. Jngreſſus hominis in hunc mundū proprie non dicitur natiuitas. Ptʒ quia cum iſte terminus natiuitas componatur ex duobus verbis:vel ex iſtis duobus nominibus natus et vita:conſtat igitur ꝙ ille naſcitur:qui hʒ pro termino vitam. vnde natiuitas dicitur quaſi natus ad vitam. Sed conſtat ꝙ ingreſſus hominum in hunc mundū non habet pro termino vitam:ſed mortēʒ. natiuitas ꝟo qua ſancti naſcuntur in paradiſo : habet pro termino vitam:et non mortem:igitur iſta proprie dicitur natiuitas:et non illa. Regula em̄ eſt philoſophi naturalis ꝙ omnis motus denominatura termino ad quēʒ. et regula eſt eiuſdē phi ꝙ omnis actꝰ ſumit ſpeciem et denominationē a fine.igitur ſequitur ꝙ cum finis natiuitatis temporalis:qua hō ingreditur in hunc mundum:ſit mors:quia quis eſt homo qui viuet et non videbit mortem. Pſ̄. lxxxviij. et finis natiuitatis eternalis: qua ſancti naſcuntur ⁊ ingrediuntur paradiſum:eſt vita:concluditur ꝙ iſta proprie dr̄ natiuitas:et non illa.

¶ Dixi ſecundo ꝙ egreſſus ſctōꝝ ab hoc mundo:non ingreſſus:debet dici natiuitas ; quia habet remotionem qualitatis corruptiue. Conſtat ꝙ vnūquodqꝫ tanto mag; habet rationem perfecti in ſua ſpecie:quanto magis a ſuo contrario diſtat. illud em̄ habet magis denominationem perfecti albi:quod magis a nigro diſtat. et magis calidi quod magis a frigido diſtat.ſed contrarium vite eſt mors:que habet conditionem et qualitatem corruptionis:igitur ſequitur:ꝙ illud magis perfecte habebit et veridice denominationem C

vite: q̄ magis diſtat a morte. Sancti em̄ qui ſunt in paradiſo: hanc habent vitā totaliter a morte diſtantē. diſtant em̄ a morte tripliciter. ſm ꝙ tripliciter mors in hominibus ſuam iuriſditionem obtinet ⁊ exercet. ſcilꝫ

Per impoſſibilitatem.
Per neceſſitatem.
Per actualitatem.

¶ Primo ſancti diſtant a morte ꝑ impoſſibilitatē. nō em̄ habēt poſſibilitatē moriēdi. nō hoc habuit adā in ſtatu innocentie q: habuit poſſibilitatē moriēdi. vñ ſequit ꝙ plus diſtāt ſancti a morte in paradiſo: ꝙ adā in ſtatu innocētie. lꝫ ſi in illo perſtitiſſet: nunꝙ mortuus fuiſſet. ¶ Scdo modo diſtant ſancti a morte: q: nō habēt neceſſitatē moriēdi. nō hoc habuit xp̄s in vita preſenti: qui nō ſolū habuit poſſibilitatem moriēdi ſicut adā in ſtatu innocētie: ſed ⁊ neceſſitatē: q: neceſſario mortuꝰ fuiſſet morte naturali: ſi mortuꝰ nō fuiſſet violēter. ¶ Tertio modo diſtant ſancti a morte per actualitatem: quia nullus moritur actualiter. Actus ſm pħm egredit a potētia. ex quo ī paradiſo nec eſt potētia: nec poſſibilitas: nec neceſſitas ad moriendū: per conſequens non ibi actus ſuos exercebit. Totum contrarium habemus in vita preſenti. et hic poſſibilitas moriēdi: ⁊ hic neceſſitas: et hic actualitas. Videmꝰ per experientiā ꝙ homines quotidie moriuntur/et non ceſſant. dicit beatus Augu. ꝙ in illo inſtanti in quo homo in hoc mūdo naſcitur et incipit viuere: in illo pūcto habet poſſibilitatem et neceſſitatem moriendi. et ideo ſm pħm propria et eſſentialis diffinitio hominis et pro primo inſtanti ſue natiuitatis eſt aīal rationale mortale. in medio vite iam homo multū habet cuꝫ morte. vnde eccleſia dicit. Media vita in morte ſumus. In fine vite homo totaliter poſſidetur a morte: quia tunc eſt verū dicere: homo eſt mortuus. Itē eſt imaginatio beati Augu. xiij. de ciuit. dei: ꝙ homo ſimul et ſemel viuit et moritur. quod probat ſic. nam aliquando iſta eſt vera: homo moritur: vel ergo dum viuit: vel anteꝙ incipiat vitam: vel poſtꝙ finit vitam. nō ſecundū: q: quod nō eſt ſed erit: non morit: q: nō vixit. ergo nec morit: q: mors eſt priuatio vite. Nō tertiū: q: q̄ nō eſt/ſꝫ fuit: nō morit: ſed mortuū eſt. igit relinquitur ꝙ hō moritur qñ viuit: ⁊ ſic ſimul ⁊ ſemel viuit/et moritur. et ideo dicit apl's. j. Corinth. xv. Quotidie morior. i. per totū tēpus quo viuo: morior. ij. Regū. xiiij. Oēs morimur ⁊c. Unde pōt elici iſta concluſio cōtra logicos. q̄ incipit ⁊ deſinit ſimul ⁊ ſemel: de eadē re verificatur. et pōt ꝓbari per textū Sap. in. c. v. q̇ dicit. Sic nos nati cōtinuo deſinimus eſſe. Patet igitur ꝙ egreſſus ſanctorꝝ ab hoc mundo: ⁊ ingreſſus in paradiſum/dicitur natiuitas: quia habet remotionem cuiuſlibet qualitatis mortis leſiue et corruptiue.

¶ Dixi tertio ꝙ egreſſus ſanctorꝝ ⁊c. dr natiuitas: q: hꝫ ſecuritatē cōtra mortem ſibi inimicā: ibi em̄: vt dicit Jo̅hes Apoc. xxj. Mors vltra nō erit: neqꝫ luctus: neqꝫ clamor: neqꝫ dolor erit vltra que prima abierunt. immo mors cū tota ſua potētia ⁊ dominio erit totaliter deſtructa: q: nouiſſime deſtruet inimica mors. j. Corꝝ. xv. Ibi apl's facit deriſionem de morte ſibi dicēs. Abſorpta eſt mors ī victoria. Ubi ē mors ſtimulus tuus. D

¶ Dixi quarto et vltimo ꝙ egreſſus ſctōꝝ ⁊c. dicit natiuitas: q: habēt terminum et operationē per contrariū acquiſitam. Patet. nā finis natiuitatis ingreſſus huius mundi temporalis habet

Principium lachrymoſum.
Medium laborioſum.
Terminum doloroſum.

Ita ꝙ principiū ⁊ terminꝰ natiuitatis hominis in hoc mūdo totū triſticia eſt/⁊ dolor. Mediū labor. In ſudore vultꝰ tui veſceris pane tuo. Geñ. iij. Finis doloroſus Defecit in dolore vita mea: et anni mei in gemitibus. pſ̄. xxx. Circundederūt me gemitus mortis: et torrētes iniquitatis cōturbauerūt me. pſ̄. xvij. Prima enim vox hoīs qñ naſcit in hūc mūdū incipit a ploratu. Primā vocem ſimilē oībus emiſi plorans. (inquit ſalomon Sap. vij.) Hec eſt regula generalis: a qua ſolū excipit zoroaſtres: q̇ mox natus riſit: ī quo natura nullū bonū omē pretēdit: q: fuit inuentor artium magicarū: ⁊ poſtea a nino rege aſſyriorꝝ interfectus eſt: vt ponit btūs Augu. xxj. de ciui. dei. c. xiiij. In ſignum huius dicam tibi duo.

Primum eſt declaratiuum.
Secundum confirmatiuum.

Primum declaratiuū q̄ dicit btūs Augu.



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

in lib. de viſitatione infirmoꝝ: ꝙ fuerunt
quidam phi qui in natiuitate pueroꝝ fle
bant: qꝛ vitā fletus et triſticie intrabāt. et
in moꝛte gaudebāt: qꝛ de vita doloꝛoſa et
laboꝛioſa exibāt. Hic cōfirmatur qđ habe
tur in euāgelio Joh. xi. ꝙ xp̄s in moꝛte la
zari gauiſus eſt ꝓpter credētiā diſcipulo⸗
rū ex futuro miraculo. vñ dixit diſcipulis
Lazarus amicus noſter doꝛmit: ſed vado
vt a ſomno excitem eū: et gaudeo propter
vos. Sed in reſuſcitatione ſua et reuoca⸗
tione ad vitā preſentē triſtē ⁊ doloꝛoſam/
xp̄s ploꝛauit ⁊ doluit: qꝛ ſequitur in tex. ꝙ
lachꝛymatus eſt ieſus. Patet igiť ꝙ nati⸗
uitas et ingreſſus in hūc mundū et prin⸗
cipiū/ et mediū/ et finis/ et terminus/ to⸗
tū eſt laboꝛ/ doloꝛ/ et triſticia. Sed natiui
tas ſanctoꝝ in paradiſum per contrariū:
eſt gaudiū/ ⁊ leticia. nam dicit propheta:
ꝙ ibi gaudiū et leticia inueniet̃ in ea: gra
tiarū actio/ ⁊ vox laudis. Eſa. li.
E ¶ Ad ꝓpoſitū btūs petrus martyꝛ hodie
in mūdo moꝛitur: ſed in celo naſcitur. Cū
igiť talis natiuitas habeat ꝓ fine ⁊ termi
no gaudiū: ſequiť ꝙ bene de eo in thema
te dr. Propter gaudium natus eſt hō. Ho
die ſibi dicit xp̄s illud Mat. xxv. Intra in
gaudiū dñi tui. Gaudiū em̄ ſctōꝝ in para
diſo triplici rōne noĩatur: ƀm ꝙ triplici⸗
ter cōſideratur. Conſideratur enim
Primo prout recipiť in aĩa ſubiectiue. et
ſic vocatur hoc noĩe gaudiū. et qꝛ eſt cū ſe
curitate: ideo xp̄s. Gaudebit coꝛ veſtrū: et
gaudium veſtrū nemo tollet a vobis. ſcri
bitur vbi thema.
Secūdo prout procedit a diuina eſſentia
obiectiue. ⁊ ſic vocať leticia. Adimplebis
me leticia cū vultu tuo. ſcribiť in pš. xv.
Tertio prout erit in coꝛpoꝛe et aĩa totali⸗
ter: et cōſummatiue. qꝛ gaudiū ab anima
poſt reſurrectionē redūdabit ⁊ ſaltabit in
coꝛpus: ⁊ ſic vocať exultatio. i. adextra ſal
tatio. qꝛ gaudiū anime btē in reſurrectio⸗
ne: qđ eſt intra ſaltabit ĩ coꝛpus adextra.
De iſtis tribus modis quibꝰ noĩatur gau
diū ſanctoꝝ ĩ paradiſo dicit pš. l. Auditui
meo dabis gaudiū. quantū ad primū mo
dū. et leticiā: quantū ad ſcđm modū: ⁊ ex⸗
ultabunt oſſa humiliata: quantum ad ter
tiū modū. Propter hec oĩa dicit nobis pe
trus martyꝛ in paradiſo vbi xp̄s natus eſt
propter gaudium. illud Abachuc in. c. iij.
Ego autem in domino gaudebo: ⁊ exulta
bo in deo ieſu meo. Sed magis honoꝛabi
les domini ad propoſitum deſcendendo/
nunquid de iſto gaudio beati petri marty
ris nos habebimus partē: et erimus par
ticipes: qui ſumus in tanto doloꝛe ⁊ triſti
cia propter iſtam plagam moꝛtis et epidi
mie? Certe ſic. Gaudete cum eo. qui in tri⸗
ſticia fuiſtis. ſcribitur Eſa. vltĩo. Gaudete
qꝛ triſticia veſtra vertetur in gaudiū. ſcri⸗
bitur vbi thema. quia propter gaudiū na
tus eſt homo. ſ. beatus petrus martyꝛ. Et
ſui gaudij nos erimus abſqꝫ dubio parti⸗
cipes: et hoc propter quattuoꝛ rōnes: qua
rum tres conueniunt oĩbus ſctĩs. quarta
ſpecialiter btō petro martyꝛi aſſignať
Primo ꝓpter perfectionē charitatis.
Scđo ꝓpter cōiūctionē fraternitatis. f
Tertio ꝓpter experiētiā paſſibilitatis.
Quarto ꝓpter ꝓmotionē ſingularitatis.
¶ Primo erimus participes gaudij beati
petri martyꝛis nos qui ſumus in triſticia
propter perfectionē charitatis. Charitas
ſanctoꝛum (inquit Bernar.) nō eſt minoꝛ
in patria: ꝙ̄ in via. immo maioꝛ: quia ibi
dicitur charitas perfecta ⁊ conſummata.
Sed in via ſancti oſtendunt nobis chari⸗
tatem ſuam/ oꝛando ꝓ nobis. vt patet de
helia: qui oꝛauit et celum dedit pluuiam.
iij. Reg. xviij. et de moyſe cuius precibus
cōtra populū furoꝛ dñi eſt placatus. Exo.
xxxij. et ſic de multis alijs. Quāto magis
ergo nunc ſancti oſtendēt nobis charita⸗
tem ſuam: quādo ſunt in patria. q. d. mul
to magis. vnde dicit Bernar. de quolibet
ſancto: qui eſt in paradiſo: ad iſtud ꝓpoſi
tū ſic: et poteſt applicari beato petro. Si
enim cum hic adhuc viueret: miſertus eſt
peccatoꝛibus: et oꝛauit pro eis patrē: quā
to magis in illa beata patria: que chari⸗
tatem eius non minuit: ſed augmētauit.
Nec em̄ quia impaſſibilis omnimode im⸗
paſſibilis eſt effectus: ſed nunc potius in
duit ſibi viſcera mĩe: quādo ante fontem
aſſiſtit mĩe. Patet igitur ꝙ propter ſuam
perfectam charitatem erimus participes
gaudij beati petri martyꝛis.
¶ Scđo habebimus participium ſui gau
dij propter coniunctionem ⁊c̃. Hāc ratio
nem foꝛmat beatus Bernar. ſermo. lxxvij.
ſuper cañ. ſic arguens per locum a maio⸗
ri. Si angeli in celis faciunt nobis parti⸗
cipium ſui gaudij (nam gaudium eſt an⸗
gelis dei ſuper vno peccatoꝛe penitētiam

agente.Luce.xv.qui tamen non ſunt eiuſ
dem nature:nec eiuſdem ſpeciei:nec eiuſ-
dem germanitatis) quāto magis hoc ha
bebit locum in ſanctis qui ſunt eiuſdē no
biſcum nature/ſpeciei/et germanitatis.
Bernardus. Nonne ſancti angelis impa-
res ſunt: qui affectu et mīa eo nobis ger-
maniores:quo natura coniunctiores.
B ¶ Tertio habebimus participium gaudij
ſanctorum propter experientiam paſſibili
tatis. Habuerunt paſſiones quas nos ha
bemus: labores/et dolores. et per conſe-
quens magis nobis miſerebuntur: et de
ſuo gaudio facient partem. Bernar. Non
ne tolerantia eorundem paſſionum et mi
ſeriarum/ in quibus nos pro tempore ad
huc verſamur:aliquid pro nobis operabi
tur in montibus ſanctis:eo ꝙ ſe tranſiſſe
per eas proculdubio meminerunt. Nōne
illa ipſorum vox eſt. Trāſiuimus ꝑ ignem
et aquam ꝛc. Quid igitur:ipſi tranſierūt:
et nos in medijs ignibus vel fluctibus de
relinquent: nec ſaltem manum porrigere
periclitantibus filijs dedignabunt:qua-
ſi dicat.non. Beatus petrus habuit paſ-
ſiones ꝛ labores in hoc mundo: fuit in or
dine predicatorum triginta annis inqui-
ſitor heretice prauitatis: perſecutus ꝑ he
reticos:et finaliter pro fide xp̄i paſſus.
¶ Quarto ꝛ vltimo habebimus participi
um gaudij beati petri martyris ꝓpter pro
motionē ſingularitatis. Singulariter eſt
dilectus a chriſto:ꝛ promotus ſpecialiter
in gratia miraculorum.incipe hic miracu
la et dic. Sed queris que eſt ratio quare
beatus petrus ſit clarus miraculis/iſtis
temporibus: Reſpondeo ꝙ de hoc habes
rationem figuralem Geneſ.xxxvij.vbi ha
betur ꝙ iacob diligebat ioſeph ſuper om
nes filios ſuos:eo ꝙ in ſenectute genuiſ-
ſet eum. Sic eccleſia quaſi modo nouiter
in ſenectute ſua genuit chriſto beatū pe-
trum martyrem: quia ipſe eſt nouus mar
tyr:et de nouis: ideo chriſtus multū eum
diligit:ꝛ ſuper alios ſibi complacet in mi
raculis. Dic moralitatē hollrot de ſtepha
no ꝛ beato petro de edificio eccleſie. Pro
concluſione et concordātia finali ego euā
gelizo vobis gaudium magnū: quod erit
omni populo:qꝛ nat⁹ eſt hodie nobis ſal-
uator.Luc.ij. ſcilꝫ beatus petrus.per in-
terceſſionē natus eſt propter gaudiū. Et
ſi obicem nō ponimus:ſui gaudij erimus
participes cum gaudio:quod nobis con-
cedat pater et filius qui viuit et regnat in
ſecula ſeculorum.Amen.Et ſic explicit ſer
mo.Deo gratias.

¶ In feſto beati Petri
martyris. Sermo.v.

**R**Ecipietis gau-
dium veſtrū plenū. Johā.
xvj.c.originaliter:recitati
ue in euangelio ſequentis a
dn̄ice verbum ſcribit nunc
aſſumptum. Hodie mater eccleſia ſolēni-
zat de beato petro martyre/et fidei athle
ta: qui pro lege dei certauit vſqꝫ ad mor-
tem: cuius certaminis et victorie coronā
et premium promiſit ſibi xp̄s per verbum
inceptum dicens. Accipietis.ſ.ꝑ premio
gaudium veſtrum plenum. Pro cui⁹ the-
matis declaratione eſt notandum ꝙ ꝙꝙ
generaliter militia ſit vita hominis ſuper
terram. Job in.c.vij. ſpecialiter tn̄ quoſ-
dam eligit deus ad militandum tanꝙ bo
nos et ſtrenuos bellatores/ ad certādum
pro fide chriſti ieſu. Sic elegit apoſtolos
ſanctos petrum paulum et ceteros:ꝛ ſan
ctos martyres vt ſtephanum/laurētium/
vincentium:inter quos elegit beatum pe
trum martyrem dicēdo ſibi. Labora ſicut
bonus miles chriſti ieſu.ij. Timoth. ij.c.
Cui beatus petrus martyr fecit duas que
ſtiones.quarum prima eſt.Quāto tempo
re debeo laborare: Secūda quā recipiam
pro labore mercedem: Cui xp̄s reſpondet
ad primam queſtionem: ꝙ debet certare
vſqꝫ ad mortem.ſm ꝙ ſcribitur Eccl̄i.iiij.
Uſqꝫ ad mortem certa pro iuſticia.Cui re
ſpondet beatus petrus.Domine ego cer-
tabo et militabo pro fide chriſti ieſu : ſed
non vſqꝫ ad mortem:quia hoc excedit fa-
cultatem nature. omne eñ animal natu-
raliter fugit mortem:et horret. et certare
vſqꝫ ad mortem eſt aggredi mortem : que
eſt finis omnium terribilium. Sic ergo di
cit ſibi beatus petrus. Non poſſum certa
re vſqꝫ ad mortē:nec militare vſqꝫ ad mar
tyrium pro fide chriſti:quia non habeo ta
lem virtutē.Cui replicat chriſtus dicens.
Frater petre vos dicitis ꝙ non poteſtis
certare vſqꝫ ad mortem : quia non habe-
tis tantam virtutem:et ego reſpōdeo vo-
bis:ꝙ accipietis virtutem ſuperuenietis
ſpiritusſancti in vos. Actuum in caplo.ſ.

⁊ ſic ſpūſſanctus mouebit vos ꝑ donū fortitudinis ad aggrediendū mortē et martyriū: ad qđ non ſufficit virtus hūana. Et rō eſt: quia illi qui ad aliqua opa virtuoſa mouent: per dona ſpūſſancti mouētur ſupra ratonē: et ſupra virtutē naturalem q: vt dicit pħus in cap. de bona fortuna: ꝙ his qui mouent per miniſteriū diuinū non expedit conſiliari ẜm rōnem humanam: ſed ꝙ ſequant interiorē inſtinctum q: mouentur a meliori principio ꝙ̄ ſit ratio humana. Et hoc eſt qđ quidā dicūt: ꝙ dona perficiunt hoīem ad altiores act⁹ ꝙ̄ ſint actus virtutū. et ideo pħus in. vij. ethicoꝝ ſupra virtutem cōem ponit quādam virtutem heroicā vel diuinam: ẜm quam aliqui dicunt diuini viri: ex hoc ꝙ operant virtuoſe ſupra facultatem humane nature q̄ſi moti a deo. ſctūs Thomas j. ij. q. lxviij. arti. j. in corpore.

buerint a magiſtro: in quibuſdā tn̄ eoꝝ di
ctus magiſter repperit prauitatē. nā luci
fer quidam diſcipulus huius ſchole / cete
ris eminētior euanuit in cogitationibꝰ ſu
is: et dum fieri appetijt magiſter erroris:
receſſit a ſchola veritatis. vnde dixit Eſa.
xiiij. In celum conſcēdam ſupra aſtra dei
exaltabo ſolium meū: ſedebo in monte te
ſtamēti in lateribꝰ aq̄lonis et ſimilis ero
altiſſimo. Et hic qui primo fuit ſcholaris
veritatis: factꝰ fuit magiſter erroris. ⁊ po
pulum qui ſibi crederet habuit. nā multi
de angelis conſentiētes et eligentes ſcho
lares eius fieri: perdiderūt ſapientiā pro-
pter eoꝝ inſipientiam. nō ꝙ perdiderunt
ſcientiam quā habebant: qꝛ vt dicit magr̄
in. ij. diſt. vij. et ſunt verba Iſidori. demo-
nes triplici acumine ſcientie vigēt. ſ. ſub-
tilitate nature: experientia tempoꝝ: et re-
uelatione ſupernoꝝ ſpirituū. Sed perdi-
derūt ſapientiā; quia ſi nō peccaſſent; eoꝝ
ſciētia fuiſſet ſapida cū amore et dilectio-
ne. ſed modo eſt ſciētia ſine amore: immo
cū odio. vnde eiecti de ſchola celi: precipi
tati ſunt in iſtū aerē caliginoſum in penā
ſuperbie. ſiue iuxta illud. ij. Pet. ij. Deus
angelis peccantibus non pepercit: ſed ru
dētibus inferni detractos in tartarū tra-
didit cruciādos in iudiciū reſeruari. Hoc
em̄ ſupplicauerunt boni angeli deo dicen
tes. Diſperdet dn̄s virū (. ſ. luciferū) qui
fecerit hoc: magiſtrū et diſcipulū de taber
naculo iacob. Malach. in. c. ij. Et hec de
prima ſchola.
¶ Dixi ſecūdo minus principaliter: ꝙ ma D
giſter noſter xp̄s habuit ſecūdā ſcholā. ſcꝫ
paradiſum terreſtrem: in qua docuit obe
dientiā. ⁊ in iſta ſchola fuerunt ſcholares
eius protoplauſti adam. ſ. ⁊ eua in gratia
creati. De iſta ſchola quam dn̄s cōſtruxit:
ſcribitur Gen̄. ij. Plantauerat autem dn̄s
deꝰ a principio paradiſum voluptatis: et
poſuit in eo hoīem: vt operaretur: ⁊ cuſto
diret illū. Habemus hic ſcholam. ſ. para-
diſum: et ſcholares. ſ. hoīem: ꝑ quē intel-
ligitur adā et eua. Iſtos ſcholares docuit
dn̄s obedientiam. nā adā ⁊ eua ſm̄ ſanio
rem opinionem et ſcripture magis conſo
nā: vt dicit ſanctus Tho. in. j. par. q. xcv.
ar. j. creati fuerūt in gratia. hoc em̄ requi-
rit ipſa rectitudo primi ſtatus: in qua de-
us hominē fecit ſm̄ illud Eccl'ſ. vij. Fecit
deus hoīem rectū. Erat em̄ hec rectitudo
ſm̄ hoc ꝙ rō ſubdebať deo: rationi ſo vi
res inferiores: et aīe corpus. Prima autē
ſubiectio erat cauſa ſecūde ⁊ tertie. ꝙ diu
em̄ rō manebat deo ſubiecta ⁊ obediens:
inferiora ei ſubdebanť ſm̄ Aug. ſuꝑ Ge-
neſ. ad lr̄am. Sed qꝛ iſti ſcholares diſci-
plinā dn̄i. ſ. obedientie renuerūt: ⁊ doctri
nā magiſtri erroris. ſ. diaboli ſecuti ſunt:
de paradiſo eiecti: facti ſunt vagi ⁊ profu
gi ſuper terrā. vn̄ et poſteri eoꝝ ſine lege ⁊
magiſtro in errorē idolatrie inciderunt. ⁊
ſm̄ ꝙ dr̄ Sap̄. xiiij. Hic error tanꝗ lex cu
ſtoditus eſt. et tyrānoꝝ imperio colebanť
figmenta. vt dicamus de adam ⁊ eua qui
eiecti fuerūt de ſchola paradiſi terreſtris:
ꝙ diſcipuli eius. ſ. adā et eua abierunt in
galileam. Matth. xxviij. in galileam. i. in
tranſmigrationem huius mundi. Et hoc
de ſecunda ſchola.
¶ Dixi tertio minus principaliter: ꝙ ma- E
giſter noſter xp̄s habuit tertiā ſcholā. ſcꝫ

ſynagogã:in qua docuit timorē.et in iſta
ſchola fuerunt ſcholares iudei groſſi ⁊ lit
terales: ſed qꝛ paruuli erãt ſenſu:ſicut di
citur Oſee.xj. Puer iſrael ⁊ dilexi eũ.⁊ iõ
non poterant intelligere doctrinã perfe-
cte traditã in ꝓphetis et ſacra ſcriptura:
quapropter ſummus magr̃ miſit eis vnũ
bacchalariũ repetitorē.ſ.moyſen/cum vir
ga legis:qui eos erudiret:et tẽporalia bo
na ꝓmitteret. Sed qꝛ neminem ad perfe
ctũ duxit.ſ.moyſes. quia ſicut ait pſ.xiij.
Omes declinauerũt: ſimul inutiles facti
ſunt.et qꝛ ſic inutiles fuerunt:potuit dici
moyſi magiſtro eoꝝ. Magiſter increpa di
ſcipulos tuos. Luce.xix. Et hoc de tertia
ſchola.

¶ Dixi quarto ⁊ vltimo minus principali
ter: ꝙ magiſter noſter xp̃s habuit quartã
ſcholã.ſ. eccleſiã:in qua docuit amorē. et
in hac ſchola fuerũt ſcholares xp̃iani ſub
tiles ſpũales. In hac ergo ſchola xp̃s do-
cuit amorem.nam tota ſua doctrina ⁊ lex
amoris fuit. Patꝫ nã ſemel interrogatus
per quẽdã legiſdoctorē tentãtem eum:di-
ctũ eſt ſibi. Magiſter qđ eſt mandatũ ma
gnum in lege? Ait illi ieſus. Diliges dñm
deũ tuum ex toto corde tuo: ⁊ in tota aĩa
tua:⁊ in tota mẽte tua. Hoc eſt maximũ ⁊
primũ mãdatũ. Scdm aũt ſimile eſt huic
Diliges ꝓximũ tuum ſicut teipm. In his
duobus mandatis vniuerſa lex pendet et
ꝓphete. Mat.xxij.idē Mar.xij.⁊ Luc.x.
quaſi vellet magiſter xp̃s dicere. Tu q̃ris
de lege et doctrina quã p̄dico:dico tibi ꝙ
lex ⁊ doctrina mea eſt amoris:⁊ tota cõſi-
ſtit in iſtis duabus ꝯcluſionib⁹:qꝛ hec eſt
ſumma mee doctrine.quia ẜm apl'm.ſ.Ti
moth.j. Finis p̄cepti eſt charitas. Moy-
ſes ẜo attẽdẽs ꝙ diſcipuli ſui nõ profece
rũt in ſchola timoris:remiſit eos ad hanc
ſcholã amoris: ⁊ ad hũc magiſtrũ.ſ.xp̃m.
Sic enĩ dictũ fuerat ſibi Deut.xviij. Pro-
phetã de gẽte tua/et de fratrib⁹ tuis ſicut
me: ſuſcitabit tibi dñs deus tuus: ipſum
audies. Similiter et iohãnes baptiſta vi
dẽs ꝙ diſcipuli ſui erãt imperfecti:⁊ non
poterãt capere ꝙ xp̃s eſſet verus meſſias:
miſit diſcipulos ſuos de ſcholã chriſti: vt
ibi informarentur:qꝛ cũ audiſſet iohãnes
in vinculis opa xp̃i: mittẽs duos diſcipu
los ſuos: ait illi. Tu es qui venturus es:
an alium expectamus? Mat.xj. Sed iu-
dei recipere eum noluerunt; vnde et dete
ſtantes ſcholas eius: dixerunt cuidam di
ſcipulo xp̃i.ſ.ceco illuminato:quem chri-
ſtus illuminauit. Iohã.ix. Tu diſcipulus
illius ſis:nos aũt moyſi diſcipuli ſumus.
Unde Augu.attendens eorũ ignorantiã/
et noſtram gloriam dicit ſuper illo verbo.
In me ſit iſta maledictio.ſcꝫ ꝙ ſim chriſti
diſcipulus.tale maledictum ſit ſuper nos
et ſuper filios noſtros.ſ.chriſtianos. Itẽ
ad hanc ſcholam venerunt quidam diſci-
puli moyſi:qui audiẽtes doctrinam chri-
ſti docentis de ſacramento euchariſtie et
dicentis. Caro mea vere eſt cibus:et ſan-
guis meus vere eſt potus. Dixerunt.ani-
ma noſtra nauſeat ſuper iſto cibo. Et quo
modo poteſt hic nobis dare carnẽ ſuã ad
manducandum? Unde ſequitur in textu.
Multi diſcipulorum eius abierunt retro
et iam non cum illo ambulabãt. Joh.vj.
Ad propoſitum beata maria magdalena/
lazarus/ et martha cum eſſent de genere
iudeoꝝ:⁊ per conſequens fuerunt de ſcho
la moyſi: et moyſes remiſit eos ad ſcholã
chriſti. Beata autẽ maria magdalena con
tempſit venire ad ſcholam chriſti: in qua
docebatur doctrina penitẽtie gratie amo
ris et charitatis et mĩe:immo vt habetur
in eius hiſtoria tempore quo magiſter no
ſter xp̃s predicabat:ipſa intãtum delitijs
carnalibus ⁊ voluptati animum dedit:vt
iam ꝓprio nomine et cognomine amiſſo:
peccatrix appellabat' ab omnibus. Et qꝛ
ſic vaga extra ſcholam a ſpiritu diabolico
magiſtro erroris ducebatur: ſemp in pec-
catis perſeuerando.diuina mĩa tanꝙ no
ſtri excellentis magiſtri chriſti ieſu/nunci
us ad eam miſſus dixit ſibi Joh.xj. Ma-
giſter adeſt:⁊ vocat te.quaſi vellet dicere.
tu contempſiſti venire ad ſcholã chriſti:ec
ce ꝙ ipſe vocat te.ſ. per ſuã inſpirationẽ.
et ſequitur in textu. Illa vt audiuit ſurre
xit cito:et venit ad eum.et proſtrata ante
magiſtrum petijt humiliter veniam: pro-
mittẽs ſe nũꝙ a ſchola receſſuram dicẽs.
Magiſter ſequar te quocũqꝫ ieris. Mat-
thei.viij.ca.que quotidie ſequebatur ſuũ
magiſtrum dulciſſimum:vt eius doctrinã
poſſet audire. ipa enĩ eſt maria que ſedẽs
ſecus pedes dñi:audiebat verbum illius.
Luc. x. Et qꝛ doctrina chriſti fuit amoris:
ideo btã maria magdalena a chriſto ma-
giſtro ſuo dulciſſimo didicit amare ⁊c. Et
ſic explicit ſermo. Deo gratias.



...IOTECA UNIVERSITARIA DE

¶ In feſto beate Marie magdalene. Sermo.iij.

SCiret vtiqꝫ que et qualis eſt mulier que tãgit eũ: qꝛ peccatrix eſt. Luce.vij.ꝛ ĩ euãgelio hodierno. Ut thema pꝛeſens ad honoꝛẽ beate marie magdalene poſſim introducere: quãdam logicalẽ regulã in pꝛeſenti volo vobis legere. lectio ꝛ regula eſt iſta. Logici dicũt ꝙ de ꝓpoſitione cathegoꝛica tria interrogatiua foꝛmant.ſ.que: qualis: et quãta. que querit de pꝛopoſitionis ſubſtãtia. qualis de qualitate. quãta de quãtitate. ¶ Ad ꝓpoſitũ iſtã lectionẽ ꝛ logicalẽ regulã applicando: iſta tria interrogatiua in pñti themate applicant: quibus de btã ac glorioſa magdalena põt fieri interrogatio: ꝛ ꝑ partes thematis dari rñſio. Põt iſtis interrogationib⁹ queri ac interrogari de glorioſa magdalena:

Primo que eſt influẽtia naturalis. Rñdet prima pars thematis. eſt mulier.

Scdo qualis eſt in ſua cõditione ꝛ qualitate. Reſpondet ſecũda pars thematis. peccatrix eſt.

Pro ꝓmotiõe ꝛ dignitate rñdet pars thematis tertia quãta eſt q̃ tãgit eũ.ſ.xp̃m.

Si ergo de glorioſa magdalena vos domini queritis

Primo que eſt penſata ſua natura ꝛ perfectione: rñdet pars thematis: eſt mulier.

Scdo qualis eſt noĩata in qualitate et cõditione: rñdet ps thematis: peccatrix ẽ.

Tertio ꝛ vltimo quãta eſt reputata a deo per conuerſionem. reſpõdet pars thematis. tangit eum.

Prima pars.

¶ Dico pꝛimo pꝛincipaliter ꝙ põt q̃ri de gl'ioſa magdalena p̃mo interrogãdo q̃ eſt ſua natura et pfectio. ꝛ ad hoc rñdet pars thematis: ẽ mulier. Licet ꝛ turpia ꝛ mala in doctoꝛib⁹/ ꝛ ĩ ſacra ſcriptura reperiant de muliere. Pctm̃ em̃ et moꝛs ꝑ mulierẽ venit. A muliere initiũ factũ ẽ pctĩ: ꝛ ꝑ ipam oẽs moꝛimur. Eccli xxv. attamẽ ꝓpter reuerẽtiã magdalene ĩ vnũ loquẽdo: reperio in ſcriptura tres honoꝛabiles ꝓpꝛietates mulieris: q̃ merito gl'ioſe magdalene applicãtur. Reperio ſiquidem in muliere

Primo pietatem et clementiam naturalem.

Secundo amoꝛem et beniuolentiã mentalem.

Tertio conſtantiam et foꝛtitudinem coꝛdialem.

¶ Dico p̃mo ꝙ reperit bona ꝓpꝛietas in muliere.ſ. pietas et clementia naturalis. mulier em̃ dr̃ quaſi mollis aer. in q̃ clemẽtia ꝛ pietas deſignat. ꝙ ĩ muliere hec pꝛopꝛietas reperiat: pꝫ. nã vbi magis ſunt neceſſaria opa hũanitatis ꝛ clementie ꝛ pietatis: ibi ẽ magis neceſſaria mulier: circa infirmoꝝ curã ꝛ obſequiũ eſt neceſſaria exhibitio humanitatis ꝛ clemẽtie. vñ Eccli xxxvj. Ubi nõ ẽ mulier ĩgemiſcit eger (al's egẽs) Pꝛo tãto ad innuẽdũ ꝙ mulieri ineſt naturalr̃ clemẽtia et pietas: dic̃ ſapiẽs vbi.ſ.c.x. Nõ ẽ creata hoĩb⁹ ſupbia: neqꝫ iracũdia nationi mulierũ. Pꝛo tãto dicũt doc. ꝙ qꝛ ĩ muliere clemẽtia ꝛ pietas naturalr̃ reperit: fili⁹ dei q̃ in hũc mũdũ veniebat: ad exercẽdũ circa nos opa humanitatis clemẽtie et pietatis: decreuit totaliter et voluit coꝛp⁹ ſuũ recipe a muliere. quãdocũqꝫ em̃ ĩ euãgelio ĩuenies aliquas dominas exercẽtes opa clemẽtie ꝛ pietatis: tũc q̃libet clemẽtia vocat mulier. Exẽplũ btã virgo fuit ĩuitata ad nuptias cũ filio ſuo: ꝛ deficiẽte vino cõpaſſa verecũdie inuitãtiũ dixit. Uinũ nõ habẽt. Xp̃s aũt intuẽs eius pietatẽ: vocauit eã mulierẽ di. Quid mihi ꝛ tibi eſt mulier. Johã.ij. Itẽ hoſpitalitatẽ ſeruare ẽ op⁹ clemẽtie ꝛ pietatis: de q̃ xp̃s ĩterrogabit ĩ iudicio Matthei.xxv. Hoſpes erã ꝛ collegiſtis me. Op⁹ pietatis exercuit martha ĩ xp̃o: ꝛ iõ ĩ euãgelio vocat mulier ad deſignãdũ ꝙ hũanitatis clemẽtia ꝛ pietas ĩſunt naturaliter mulieri. Luc.x. Intrauit ieſus in qõdã caſtellũ: ꝛ mulier q̃dã martha noĩe excepit illũ in domũ ſuã. Pꝫ g̊ ꝙ p̃ma bona ꝓpꝛietas mulieris eſt: ꝙ ĩ ipa reperit pietas et clemẽtia naturalis. Ad ꝓpoſitũ applicando: iſta ꝓpꝛietas in gl'ioſa magdalena mirabiliter repit: ꝙ poſt ſuã cõuerſionẽ opa pietatꝫ clemẽtie ꝛ hũanitatꝫ exercuit. Bꝛeuiter diſcernẽdo op⁹ pietatꝫ ꝛ clemẽtie ẽ: vt habem⁹ in euãgelio: cibare eſuriẽtẽ: potare ſitiẽtẽ: releuare egẽtẽ. Iſta opa clemẽtie ꝛ pietatis ĩ xp̃o mirabilr̃ adipleuit. nã ſicut ꝓuidebat: de bonis ſuis viuebat: et iõ ĩ euãgelio in hoc paſſu vocat mulier. ꝛ

Luc.viij. legit᷑/ ꝙ ſeq̄bant᷑ xp̄m mulieres
inter q̄s erat maria magdalena ꝓuidētes
ei de facultatibꝰ ſuis. Nā nō legit᷑ ī euāge
lio circa hoc opus clemētie et pietatis de
hoībꝰ ꝙ ꝯtinue xp̄m ſeq̄rent᷑ ſeruiētes ei:
et de bonis ſuis eidē ꝓuiderēt: ſed de mu
lieribus. Itē adhuc de pietate ⁊ clemētia
magdalene recreare laſſuꝫ: calore aduſtū:
itinere fatigatū. opꝰ pietatis eſt. Hoc opꝰ
pietatis ipſa in xp̄o adimplere curauit. ⁊
idō ī hoc paſſu ī euāgelio vocat᷑ mulier. vñ
cū eēt ieſus ī domo ſimonis leproſi: attu/
lit alabaſtrū vnguēti: et effudit ſuꝑ caput
ipſius recūbētis. ⁊ excuſans eā xp̄s a mur
muratiōibꝰ dixit. Quid moleſti eſtis huic
mulieri? opꝰ em̄ bonū: q2 clemētie ⁊ pieta
tis: opata eſt ī me. Itē ſepelire mortuos
opꝰ pietatis eſt: qđ magdalena ī xp̄o mira
biliter adīpleuit. nā in morte ſtabāt iuxta
crucē maria mr̄ eius ⁊ maria magdalene.
Itē poſt mortē eum tumulauit. Itē ſepul
crū viſitauit: vnguenta parauit. vt Mat.
vlti. ⁊ Mar. xvj. ⁊ Luc. xxiij q̄ oīa opa ma
gne pietatis fuerūt. Et ſic pꝫ declaratū ꝙ
glīoſa magdalena habuit p̄mā bonā pro/
prietatē mulieris: q2 in ipſa reperitur pie
tas ⁊c̄. vt ſibi dicat᷑ ꝑ cōcordātia illud Lu
ce. j. Bn̄dicta tu inter mulieres. Item ſcit
oīs ppl's mulierē te eſſe ꝟtutis. Ruth. iij.
¶ Dixi ſcđo ꝙ reperit᷑ ſcđa bona ꝓprietas
in muliere. Amor ⁊ beniuolētia ⁊c̄. Valde
amāt mulieres. in Can̄. j. de mulieribꝰ iu/
uenibꝰ. Adoleſcētule dilexerūt te nimis. ⁊
mulier ſpōſa đr in Can̄. iij. Inueni quē di
ligit aīa mea. q̄ dilectio ⁊ amor pōt expe/
riri ī multis mulieribꝰ valētibꝰ. Primo in
penelope vxore vlixis: que decē annis: q̄/
bus in bello troiano vlixes ab ea abſens
fuit: expers cuiuſlibet alterıꝰ amoris: pro
pter eius abſentiā lōga ſuſpiria traxit: vt
ponit Ouiđ. Scđo experit᷑ iſte amor ī por
tia catonis filia vxore bruti: que viro in/
terfecto ſuperuiuere noluit: ſed arma qui
bus ſe īterimeret: poſtulauit. famulis au
tem arma negantibus ardentes prunas
tranſglutiuit vt potuit. Tertio experitur
iſte amor in lucretia: que a ſexto trāquini
filio oppreſſa: viro ſuo reuelauit: et ſe pro
pria manu gladio peremit. vt ponit Au/
gu. li. j. de ciuita. dei. c. xix. et ſic in multis
alijs. Pro tāto dauid volēs innuere amo
rem maximum quē habebat Ionathe: cō
parauit amori mulierū. ij. Reg. j. Ad pro/
poſitum iſtum amorem glorioſa magdale
na habuit ad chriſtum. vnde Greg. ſuper
illud Ioh. xx. Maria ſtabat ad monumē/
tum foris plorans. Penſandum eſt huius
mulieris mentem quanta vis amoris ac/
cenderat: que a monumento dominico re
cedentibus diſcipulis nō recedebat. Vn/
de domini notate ſuper facto amorisquē
ipſa habuit ad chriſtum. in euangelio le/
gitur ꝙ chriſtus iohannem ſpecialiter di
ligebat. Hic eſt diſcipulus ille quem dili/
gebat ieſus. Ioh. xx. Item in euangelio le
gitur ꝙ ieſus petrū an eū diligeret ter re/
quiſiuit Ioh. vlti. Simon iohānes amas
me? Itē in euāgelio legitur ꝙ chriſtus di
ligebat apoſtolos. Sicut dilexit me pr̄: et
ego dilexi vos. Iohā. xv. Item diligebat
martham ⁊ lazarum fratrem eius. Iohā.
xj. Sed ꝙ chriſtus aſſereret aut determi/
naret ꝙ aliqua perſona mundi eum dili/
geret: nunq̄ hoc in euāgelio reperitur: ni
ſi glorioſa magdalena. vnde de ipſa cōtra
phariſeum murmurātē determinauit. Di
miſſa ſunt ei peccata multa: quoniam di/
lexit multum. Et ſic patet determinatū ꝙ
glorioſa magdalena habuit ſecūdam bo/
nam proprietatem mulieris. ſ. amorem et
beniuolentiam mentalem: vt ipſa ſit pro
concordātia illa mulier Prouer. xij. Mu/
lier diligens corona eſt viro ſuo.
¶ Tertio dixi ꝙ reperitur tertia bona pro
prietas in muliere. ſcilicet conſtantia/ et
fortitudo cordialis. Vnde ſalomō in epi/
ſtola hodierna. Mulierem fortē quis in/
ueniet? Non intendit dicere aut determi/
nare ꝙ nulla ſit fortis: quia ipſe dicit ali
bi. Mulier fortis oblectat virum ſuū. Ec
cleſiaſtici. xxvj. Dicit magiſter Robertꝰ ꝙ
rationem habent mulieres ꝙ ſint fortes:
etiam plus q̄ homines: quia ipſe de oſſe
forti formate ſunt: homo de terra et pul/
uere. Itē. ij. Eſdre. iij. ꝙ tres iuuenes fue
runt coram rege dario: quilibet voluit di
cere ſermonem qui precelleret.
Primus dixit. forte eſt vinum.
Secundus dixit. fortior eſt rex.
Tertius dixit. fortiores ſunt mulieres. et
iſte fuit approbatus.
Ad propoſitum ſi vnq̄ conſtantia aut for
titudo fuit repta in muliere: hec fuit glīo
ſa magdalena. Pꝫ fortis đr q̄ non timet.

Iſtam fortitudinē in paſſione xp̄i non ha-
buit petrus: non iohānes: nō alij. Et reli-
cto eo oēs fugerūt. Mat. xxvj. Sed ma-
gdalena habuit: q: ipſa nūꝙ̄ fugit: et ſil'r
pre omnibus: iō xp̄s ei primo reſurrectio-
nem ſuā denūciauit. Item fortis dr̄ q̄ nō
timet. et glorioſa magdalena nec tenebro-
ſitatē noctis: nec caliginē. nec militū ar-
matoꝝ ſeuitia furioſa eam terrebat. vt de
ea ac alijs mulieribus xp̄us poſſit dicere
illud Boetij lib. j. de ꝯſol. metro. j. Has
ſaltē nullus potuit peruincere terror: Ne
nr̄m comites ꝓſequerent̄ iter. Itē fortis
dr̄ ille: qui vnū magnū pondus: qđ vide-
retur excedere v̄tutē eiꝰ: poſſet portare.
Et glorioſa magdalena cū eſſet delicata:
corpus dn̄icū magnū proportionatū pō-
deroſum potuit portare. vn̄ in die reſur-
rectionis / monumentū vacuū reperiēs: ⁊
xp̄ꝫ ſublatū credēs: dixit xp̄o: q̄ ſibi appa-
ruit in ſpecie hortolani. Dn̄e ſi tu ſuſtuli-
ſti eū dicito mihi et ego eum tollā. Ioh.
xx. Super quo origenes loquēdo cū ma-
gdalena de fortitudine eiꝰ dic̄ ſic. O amor
fortis et impatiens: ioſeph timuit et non
fuit auſus tollere corpus ſuum niſi de no-
cte: et niſi petiſſet eū a pilato: ſed hec au-
dac̄ ꝓmittit di. ⁊ ego eū tollā. O maria
ſi forte corpus ieſu poſitū fuiſſet in atrio
principis ſacerdotū: vbi princeps apo-
ſtoloruꝫ timuit: q̄d dictura eras: niſi ego
eū tollam. O mirabilis mulieris audacia
O mulier: nō mulier. et ſi ancilla oſtiaria
interogaſſet te: quid actura eras: diceres
et ego eum tollā? O ineffabilis mulieris
amor: nullū locum excipit: nullū antepo-
nit: ſine timore dicit: et ego eum tollam.
hec origen̄. Patꝫ ergo cōſtantia ⁊ fortitu-
do magdalene. ¶ Ad queſtionē ergo q̄ ꝑ
ſalomonē querebat̄. Mulierē fortē quis
inueniet? certe rn̄detur ſibi de magdale-
na qđ ſcribit̄ in euangelio hodierno. Vi-
des hāc mulierē? iſta eſt fortis. nā manū
ſuā miſit ad fortia. Prouer. vlti. Et ſic pꝫ
prima pars ſermonis: in q̄ dixi ꝙ ad que-
ſtionem qua primo interrogatiue quere-
batur de magdalena que eſt penſata ſua
natura et ꝑfectione. iſta ꝑs thematis dic̄
ꝙ ē mulier. ꝓprietates hꝫ bone mulierꝫ.

Secūda pars.

¶ Dixi ſecūdo principa-
liter ꝙ pōt queri de glorioſa magdalena
qualis eſt nominata ⁊c. in quarta parte
thematis dic̄. peccatrix eſt. ⁊ peccatrix ap-
pellabat̄. ideo de ea ī euāgelio hodierno.
Ecce mulier q̄ erat in ciuitate peccatrix.
Hic notate dn̄i ſuꝑ hoc ꝙ dr̄ peccatrix: ꝙ
doctores honorabiles aliqui: ſic̄ origenes
ſuꝑ Mat. et Lucā: ⁊ Hiero. ſuꝑ Mar. ⁊
Chryſ. ⁊ theophilus ex intētione tenent:
ꝙ glorioſa magdalena: de qua hodie ec-
cleſia ſolēnizat: nō fuit peccatrix: nec illa
de qua in euāgelio hodierno. Alij docto-
res honorabiles Gregorius in homelia
Beda ſuꝑ Iohannē. Auguſtinꝰ in orōne
tenēt ꝙ fuit peccatrix: et illa de q̄ in euā-
gelio ſtatim lecto. Cū q̄bus tenebimꝰ: et
quibus credemus? Certe iſtis duobꝰ dicē-
tibus ꝙ fuit peccatrix: et nō primis: quia
eoꝝ ſentētiā eccl'ia autorizat: q̄ omnium
autoritatū eſt maxima: ſine qua etiā euā-
gelio nō crederet̄. Auguſ. ꝯ manicheum.
Ego (inquit) euāgelio nō crederem: niſi
me eccl'ie catholice cōmoneret autoritas.
Item ꝙ nos autoritate eccleſie moti te-
neamus ⁊ dicamus ꝙ fuit peccatrix: et
poſtea tam excellens penitens: iſtud ſibi
non derogat. nam deus in ea ſummā mi-
ſericordiam et perfectiſſimū premium et
exēplar nobis demonſtrauit. vnde Greg.
in homelia hodierna. Cuius em̄ vel saxeū
pectus huius peccatricꝫ lachryme ad exē-
plum penitendi non emolliant. Dicit em̄
Gregorius ī alia homelia. Maria ſtabat
ad monumentū: ꝙ omnipotēs deus exē-
plum penitentie nobis poſuit eos: quos
per penitentiam poſt lapſuꝫ viuere fecit.
Dat exemplū de petro: de latrone: de za-
cheo: de maria. Non te ergo peniteat: o
q̄cūqꝫ es talis aīa ⁊c. Bernard. de oſcu-
lo penitentis ſermone. iij. ſuper Cantica:
Ergo cum gregorio laudemꝰ opus dei in
maria genitrice ſed virgine: laudemus ī
maria peccatrice ſed penitēte. maria hec
eſt exemplū innocentie: maria hec eſt exē-
plum penitētie. vt pro concordantia dica-
mus quilibet noſtrū. Confitebor domino
qm̄ oſtēdit maieſtatem ſuam in gentem
peccatricem. ſcribitur Tob. xiij. ca. Et hec
de ſcd̄a parte ſermonis.

Tertia pars.

¶ Dixi tertio ⁊ vltimo ꝙ
pōt q̄ri de glorioſa magdalena quāta eſt
conuerſa. ⁊ h̄ in thematꝫ ꝑte tertia. tāgit

eū. Vñ in euāgelio hodierno ſcribit: ꝙ vt
cognouit ꝙ ieſus accubuiſſet ⁊c. ſtans re
tro ⁊c. Vidēs autem phariſeus qui voca-
uerat eū ait intra dicēs. Hic ſi eſſet ꝓphe
ta ⁊c. Notate ꝙ iſte phariſe⁹ reph̄ēdebat
xp̄m de ignorātia: ⁊ magdalenā de īmūdi
cia: ⁊ faciebat iſta argumēta. Primū ꝗ te
tigerit immūdū: īmūdus erit. Leuit. xxij.
ſꝫ iſte tāgit vel permittit ſe tāgi ab immū
da: ḡ immūdus erit. Scdm̄ ꝗ tetigerit pi-
cē inquinabit ab ea. Eccl. xiij. ſꝫ iſte ꝑmit-
tit ſe tāgi a turpiori pice: ḡ inquinabit ab
ea. Tertiū ſi manus mūda tangit lutū im
mūdū: immūda efficit: ſed iſte ꝑmittit ſe
tāgi ab immūdiori luto: ergo immundus
erit. Quartū preceptū eſt in lege nō tāge
re leproſum: ſꝫ iſte ꝑmittit ſe tāgi a turpio
ri leproſo: ergo immundus efficit. Ad iſta
argumēta ꝯ phariſeū r̄ndit Aug. ſup Jo-
hānē. O īmunde fediſſime caro dn̄i poſſet
tactu mulieris pollui: an mulier tactu do
mini mūdari? Primū nō poterat: qꝛ caro
dn̄i habebat mūdiciā infinitā. Scdm̄ po-
terat qꝛ mūdicia infinita pōt mūdare im
mūdiciā finitam. Caro dn̄i hꝫ virtutē mū
dādi. pꝫ. Jtē xp̄s tetigit leproſum ⁊ mūda
tus eſt. Mat. viij. Jtē hꝫ virtutē ſanandi:
qꝛ de muliere ꝗ ſolū tetigit fimbriā ei⁹: et
a fluxu ſanguinis ſanata ē. Mat. ix. Pro
tāto Luc. vj. Oīs turba querebat eū tāge
re: qꝛ virtus de illo exibat ⁊ ſanabat oēs.
Jtē nō minoris v̄tutis eſt caro xp̄i ꝙ̄ ſol:
ſed ſol tāgēs immūda nō immūdus effici
tur: imo immūda mūdat: ḡ a fortiori caro
xp̄i. Pꝫ ergo: ⁊ eſt finis ſermonis: ꝙ ad q̄-
ſtionē qua tertio interrogatiuo querebat
de magdalena quāta eſt ꝯuerſa ⁊c. R̄ndet
pars thematis tāta eſt ꝙ tāgit eum. Teti
git aūt xp̄m ſpecialiter poſt aſcēſionē/per
vitā actiuā: qñ cū btō maximino martha
et lazaro venerūt maſſiliā: vbi idola cole-
bāt: et magdalena hoīes et principem ab
idoloꝝ cultura reuocabat. Maxime argu
it principē veniētē cū vxore ſua: q̄b⁹ fecit
miraculū: qꝛ eis filiū impetrauit. Tūc p̄n
ceps ille deuotione duct⁹ voluit ire ī hie-
ruſalē: et videre ſctm̄ petrū: vt ſciret an ſi
cut maria de xp̄o predicabat: ſic veritas ſe
haberet. Cui vxor. q̄d eſt dn̄e putas te ſine
me ꝑficiſci? Tūc totū p ſummā et bieniū.
Poſtea tetigit xp̄m p vitā cōtēplatiuam.
Vñ hr̄ in hiſtoria ꝙ ſupne cōtēplationis
auida: aſperrimū heremuꝫ petijt: vbi. xxx.
annis incognita manſit. Dic totum et bre
uiter. Nūc v̄o in gloria tangit xp̄m per vi
ſionē finitimā ſeu fruitiuā: vbi optimam
partē elegit: que nō auferetur ab ea. Cui⁹
participes nos faciat ieſus. Amen.

¶ Jn feſto ſancti Chriſtofori martyris. vel
alterius ſancti. Sermo.

Habetis fructum
veſtrū in ſanctificatione. ad
Roma. vj. c. Pro declaratio
ne thematis ꝓ iſto ſctō. N.
nota ꝙ dicunt theologi: ꝙ
eſt quedā regula coronata: q̄ dicit ſic. De⁹
nō premiat ꝓpter noīa: ſed ꝓpter aduer
bia. hoc eſt dictu ꝙ de⁹ nō premiat aliquē
premio glīe celeſtis ꝓpter hoc ꝙ facit bo
nū op⁹: qꝛ ſi ꝓpter hoc ſolū premiaret: tūc
etiā premiaret pctōres exiſtētes in pecca-
to mortali. et etiā hypocrite faciūt multa
bona opa. ſ. orare: ieiunare: elemoſynā da
re: ſequeret ꝙ ipi premiarent premio vite
eterne. qđ manifeſte reprobat xp̄s Mat.
vj. ⁊ in multis alijs paſſibus euāgelij: vbi
dicit ꝙ hypocrite ꝗ bona faciūt ſolū vt vi
deant ab hoībus: receperūt mercedē ſuā.
et hoc qꝛ lꝫ faciant bonū: tn̄ nō bn̄: nec bo
na intētione. Jtē pctōres in pctō mortali
exiſtētes faciūt multa bona opa: q̄ de ſe ⁊
de gn̄e ſuo ſunt bona: tn̄ nō faciūt bene et
cū circūſtantia debita: qꝛ nō in ſtatu gr̄e:
iō vita eterna nulla premiant. Et iſta eſt
clara ſn̄ia ⁊ declaratio regule ſupradicte.
ſcꝫ ꝙ deus non premiat principaliter pro
pter noīa: ſed ꝓpter aduerbia. Ad ꝓpoſi-
tum deſcēdēdo in nr̄o themate. iſte ſctūs
N. laudat ꝓpter premiū: qđ hꝫ ꝓ ſuis bo
nis virtuoſis operibus in vita eterna. Et
laudat primo ei⁹ op⁹ bonū in prima par-
te thematis: cū ſibi d̄r. Habetis fructū ve
ſtrū. Sꝫ hoc nō ſufficit ꝓ p̄mio vite eter-
ne. ſ. ꝙ opus ſit bonū: ſꝫ requirit ꝙ ſit bn̄
factū. Et de hoc laudat in ſequēti ꝑte the
matis: qñ dicit in ſanctificatione. q. d. ꝙ
opera btī Chriſtofori iō ſunt digna p̄mio
vite eterne: non ſolū qꝛ bona: ſꝫ qꝛ bn̄ ⁊ in
ſctītate facta. Et hec ē declaratio ⁊ appli-
catio nr̄i themat' ad btm̄ Chriſtoforꝫ. Ha
betis fructū ī ſctīficationē. Et qꝛ ꝓ ꝓſecu
tione iſti⁹ thematis/ego ꝯſidero qꝛ meri-
tū ſeu premiū btī Chriſtofori hꝫ tria lau-
de digna: que in trib⁹ thematis partibus
notantur. videlꝫ

Primo hꝫ cauſam materialē: ⁊ hec notat̃ in ꝑma thematis parte. habetis fructū.
Scđo hꝫ ꝓprietatē virtualē: et hec notat̃ in ſcđa thematis parte. fructum.
Tertio hꝫ ꝑfectionē totalē: ⁊ hec notat̃ in tertia ꝑte thematis. ꝙ eſt ī ſctificatiōe.

Prima pars.

¶ Dico primo ꝙ meritū et ꝑmiū btī xp̄ofori hꝫ ꝑmū dignū laude. ſcꝫ cām materialē: ī ꝑma parte thematis. habetis fructū. Dicūt doct̃. in. ij. ſen. ꝙ in oī actu meritorio vel demeritorio/ ē aliqđ materiale ⁊ aliquid formale. materiale eſt actꝰ. formale ī actu meritorio grā. ī demeritorio deformitas. iſte actꝰ đr fructus per quādā metaphorā ad ſilr̄itudinē arboris. Cā ḡ materialis ī ope vł actu meritorio ē fructꝰ eiꝰ. i. opꝰ eiꝰ: q̄ fructꝰ ⁊ opa ſunt digna premio ꝓpter tria q̄ habēt fructꝰ mūdanoꝝ: que ſunt digna laude. Fuerūt iſti fructꝰ ⁊ cōſiſtūt beati Chriſtofori
Integri ⁊ digni moralis ſanctitatis.
Secundo fuerūt mūdi ⁊ puri doctrinalis veritatis.
Tertio fuerunt ſapidi et maturi glorie felicitatis.

¶ Dico primo ꝙ fructꝰ btī Xp̄ofori fuerūt integri ⁊c̃. Iſti fructꝰ cōſiſtūt in operibus pnīe: de qbꝰ Luc̃. iij. Facite fructꝰ dignos pnīe. Iſtos fructꝰ hꝫ Xp̄oforus. pnīam fecit. in operibꝰ iuſticie ſe exercuit cōſilio cuiuſdā heremite: vt hr̄ ī hiſtoria ſua. ⁊ tādē pro xp̄i noīe martyriū ſuſtinuit. Iſtos em̄ fructꝰ ⁊ opa faciendo fuit arbor bona que bonos fructus facit. Mat. vij.

¶ Dico ſcđo ꝙ fructꝰ btī Xp̄ofori fuerunt mūdi et puri ⁊c̃. Uere iſti fructus ſunt doctoꝝ ⁊ p̄dicatoꝝ: de quo fructu loquit̃ xp̄s Ioh̄. xv. Poſui vos vt eatis ⁊ fructū afferatis: ⁊ fructus veſter maneat. Et nota ꝙ xp̄s dicit poſui vos vt eatis ⁊ fructū afferatis. Qꝛ bonꝰ hortolanꝰ nō ponit ī horto ſuo arborē niſi a qua ſperet fructū hr̄e. ⁊ ſi forte non faciat: debet ſuccidere eā. vt qđ terrā occupat? Luc̃. xiij. Sic xp̄s nō ponit nec vult p̄dicatorē aut doctorē ī eccłia: niſi afferat fructū ſctē p̄dicatiōis/ ⁊ v̄bi dei. Semē ſm ꝙ dicit xp̄s: eſt verbū dei. qđ ſi ꝑ p̄dicatorē ꝓponit̃ cū bona deuotione ⁊ vita pura: qꝛ ałs nihil valet. nā ſm Greg̃. nihil aliud reſtat niſi vt cuiꝰ vita deſpicit̃: eiꝰ p̄dicatio ꝯtēnat̃, tūc tale ſemē cadit in terrā bonā: ⁊ ortū facit fructū cētuplū: qꝛ ibi cōcurrit grā diuina: qꝛ ī cētuplo. i. ī infinitū plus q̄ verbū opat̃. Iſtū p̄dicatorē ⁊ doctorē poſuit xp̄s ī eccleſia btm̄ xp̄ofoꝝ. iō ſic dic̃. Poſui vos. vn̄. non vos me elegiſtis: ſꝫ ego elegi vos. Ioh̄. vbi. ſ. ſequit̃. vt eatꝫ. Qn̄ deꝰ miſit ꝑmos p̄dicatores: dixit eis. Eūtes ī mūdū vniuerſum p̄dicate euāgeliū oī creature. nō dixit ſtātes: ſꝫ eūtes: in quo notat̃ ꝙ p̄dicatores nō ſolū debēt p̄dicare ī vno loco: ſꝫ in oī loco. ⁊ qꝛ đr oī creature: ſignificat̃ ꝙ dꝫ p̄dicare nō ſolū ī vno pplo: ſꝫ ī oī pplo. Sic btūs xp̄oforus predicauit nō ſolū ī cāpania: vn̄ erat oriūdus: ſꝫ etiā ī lytia: vbi fructū maximū p̄dicatiōis fecit: qꝛ octo milia hoīm ad fidem xp̄i cōuertit ſm Amb̄. Un̄ poſſumꝰ dicere ꝑ quadā ꝯcordātia qđ ſcribit̃ Ioh̄. xij. ꝙ multū fructū affert. ⁊ ꝓpter hoc dixit ſibi xp̄s. Poſui vos vt eatis ⁊ fructū afferatꝫ. Sꝫ qꝛ fructꝰ doctrine nō ſufficit: niſi adſit fructꝰ bone vite: qꝛ illaudabilis eſt illa ſcīa quā vita maculat īpudica. ſm ꝙ dic̃ Hugo ī didaſcalō: iō ꝑncipalior ad fructificādū eſt vita q̄ doctrina. ſm Grego. nazāzenū/ plꝰ ꝓpter factū q̄ ꝓpter verbū ꝓficit euāgelium. iō cepit ieſus facere ⁊ docere. Act̃. j. Iō vidēdū ē de btō Xp̄oforo cū fructu doctrine quē fructū habuit bone vite. Pro q̄ ſciēdū ꝙ īueniūtur q̄dā arbores q̄ faciunt fructū in triplici dr̄ia. Prime ſunt cuiꝰ medulla eſt bona ⁊ comedit̃: ſꝫ cortex amarꝰ: ⁊ deijcit̃ vt nuces ⁊ caſtanee. Et iſte ſignāt iſtos q̄ ita bn̄ faciūt vel intēdūt interius: mala tn̄ exēpla oſ̄dūt exteriꝰ. medulla iſtoꝝ eſt bona. cortex malus. de iſtis đr Hiere. xij. Seminauerūt triticū: et ſpinas meſſuerūt. Cōfundemini a fructibus (ałs fluctibꝰ) vr̄is ꝓpter irā furoris dn̄i. Secūde arbores ſunt q̄ faciūt fructū ꝑ ꝯtriū. cuius cortex comeditur et medulla eijcit̃: vt pruna ⁊ dactyli. Et iſte ē fructꝰ hypocritarū: qꝛ nō habēt bonū interiꝰ: ſꝫ apparētiā boni exteriꝰ. ⁊ iſtis dicet xp̄s ī die qn̄ etiā habebit victoriā de eis. quē fructū habuiſtis ī qbꝰ nūc erubeſcitis ī epła hodierna. Tertie arbores ſunt q̄ faciunt fructū: cuiꝰ cortex ⁊ medulla comedit̃: ⁊ totū eſt bonū ſicut ficus vue ⁊ poma. ⁊ iſti ſunt hoīes iuſti ⁊ ſctē vite: quoꝝ q̄dā intꝰ eſt ī cōſciētia: et exteriꝰ in vita et cōuerſatione honeſta. totū eſt bonū. In iſtis et flos honeſtatis: et fructꝰ ſanctitatis totū eſt dignū laude.

Iſtos fructus habuit btũs Xp̄oforus: qꝛ in eo et qḋ intus erat in conſciētia: et exterius: totũ erat honeſtũ ꝛ ſctm̄. ꝛ qꝛ in vita ſctũs: ꝛ cõuerſatione honeſtus: iō pōt nobis dicere Eccli. xxiiij. Flores mei fructus honoris ꝛ honeſtatis.

¶ Tertio ꝛ vltimo fruct⁹ beati xp̄ofori fuerũt ſapidi ꝛ maturi gl'ie felicitat꜉. iſti fructus reportant premiũ alioꝝ fructuũ. Vñ de gloria ei⁹ aīe / dicit xp̄s. Date illi de fructu manuũ ſuarum: et laudēt eũ in portis opera ei⁹. Prouer. vlti. Et eſt ſenſus. date illi fructũ p̄mij ꝑ fructu meriti: q̄ ē fruct⁹ manuũ ſuarũ. i. operũ ſuoꝝ. Et qꝛ fructus btī Xp̄ofori tã in via / ꝙ in patria fuerunt et ſunt valde dulces: ꝛ ab hoībus comeſtibiles vſqꝫ ad ſaturitatē: iō poſſum⁹ ſibi dicere illud pſ. ciij. De fructu operũ tuoꝝ ſatiabiť terra. Ptꝫ ergo primũ et principale ſermōis: quō meritũ vel p̄miũ xp̄ofori hꝫ cauſam materialē: in prima parte thematis. i. fructum ꝛc̄.

Secunda pars.

¶ Sed dixi secundo ꝙ meritũ xp̄ofori hꝫ fructũ dignum laude. ſ. pietatē virtualē. qꝛ veſtrũ. Vnuſquiſqꝫ dꝫ laudari ſm̄ Sene. de ꝓprio: nō de alieno. Et iō Frãciſc⁹ petrarcha. Alieno gloriari piculoſa vel ridiculoſa iactãtia. et ita laudať Xp̄oforus hic: qꝛ ſibi dr̄. Habetis fructũ nō alienũ: ſed veſtrũ. Pro q̄ debet꜉ notare ſm̄ Berñ. ꝙ ſunt arbores autũnales

Alique que nullum fructum faciunt.
Alique que fructum: ſed non ſuum.
Alique que ſuũ: ſed nō in tempore ſuo.
Alique que ſuũ et in tempore ſuo.

Prime ſunt arbores valde infructuoſe. arbores autũnales. i. hoīes ocioſi: q̄ nec deo nec hoībus de aliquo bono ope ſeruiunt. Iſtos ip̄robat natura: qꝛ q̄ vetat ꝓprias opationes a rebus: vetat ꝓprias eſſentias. in. ix. metaphy. Itē iſtos improbat lex humana: que oēs ocioſos a cōitate expellit. Item iſtos improbat ſcriptura q̄ dicit Arbor q̄ nō facit fructũ: excideť et in ignē mitteť. Luc. iij. Dicit em̄ dñs arboris que rēs fructũ ꝛ nō inueniēs: vt qḋ terrã occupat ſuccide ergo illã. Luce. xiij. Scđi ſunt qui faciũt fructũ: ſed non ſuũ. iſti ſunt hypocrite. dicit Bernar. Cũ ſimone cyreneo crucē portantes: qm̄ religioſa intentione carentes angariantur, et qui non amant amore glorie quã deſiderant future cõpellãtur. Hypocrite portãt multas cruces et pn̄ias: ſed nō ſunt ſue: qꝛ nō procedũt de bona intētione cordis ſui: ſed cogũtur ad faciendũ illa nō ꝓpter ſe: ſed ꝓpter mundanã gloriã: quã deſiderant. Tertij ſunt q̄ faciũt fructũ ſuũ: ſed nō in tēpore ſuo. iſti ſunt dicit Berñ. q̄ ante tēp⁹ debitũ fructificare volunt. q̄ in initio conuerſionis ſue ardua faciũt ꝓpter deum orationes ieiunia et multa alia: ꝛ poſtea in progreſſu deficiunt. Et tñ dicit cõtra iſtos Berñ. ꝙ in via dei non progredi eſt regredi. Iſti mittũt manũ ſuã ad aratrũ: ꝛ reſpiciũt retro: et ideo ſm̄ xp̄i ſn̄iam Luc. ix. nō ſunt apti regno dei. Iſti ſunt ſimiles arborib⁹ q̄ nimis cito in Januario pullulant et florēt: et poſtea venit frigus in Februario et perdũtur flores er fructus. et iō de iſtis dicit Berñ. ꝙ eoꝝ fructus nimis propere oriũtur. Quarti ſunt qui faciũt fructum ſuum in tp̄e ſuo. iſti ſunt iuſti: quoꝝ op̄a ſua facta ſunt ſctã et virtuoſa: ꝛ bñ incipiũt: bñ mediãt: bñ finiũt. De iſtis fuit btũs Xp̄oforus: vt ſtatim videbitis in hiſtoria: ꝛ iō bene de eo prophetauit dauid in pſ. ſ. di. Erit tãꝙ lignũ qḋ plãtatũ eſt ſecus decurſus aquarũ: qḋ fructũ ſuũ dabit in tēpore ſuo. Habuit ergo ꝛ dedit btũs Xp̄oforus fructum ſuum: ꝛ ideo dr̄ ſibi in ſcđa parte thematis. vr̄m. Habetis ğ fructũ veſtrũ.

Tertia pars.

¶ Sed dixi in tertia parte et finis ſermonis: ꝙ meritum et premium beati Chriſtofori habet perfectionem totalem: qꝛ eſt in ſanctificatione iuxta tertiam partem thematis. Quando opera ſunt bona: illa ſunt fructuoſa: et ſic habetur arboris fructus: ſed quando adiungitur aduerbiũ. ſcilꝫ ꝙ ſunt bene facta: tunc ſunt digna premio: quia ſunt in ſanctificatione. ideſt in gratia facta. et hoc eſt dictũ in ſermonis introitu ꝙ deus non premiat propter nomina: ſed propter aduerbia. Quando enim homo eſt in pctō mortali: eſt ſeruus peccati. Johãnis. viij. Omnis qui facit peccatum: ſeruus eſt peccati. et habet talis opera non in ſanctificatione: ſed damnationem. quando vero a peccato conuertitur: a peccato liberatur per gratiã: et efficitur ſeruus dei: et habet opera ſua et fructum ſuum in ſanctifica-

tione. ita dicit apl'us in epl'a hodierna.
Liberati a peccato: ſerui aut[illegible] facti deo
habetis fructū veſtrū in ſanct[illegible]tionē.
Sic autē habuit fructū ſuum btūs Chri⸗
ſtoforus. nā primo fuit ſeruus diaboli: et
poſtea dei. nam noueritis in typo: hiſto⸗
riam ꝓſequere: et fac finem.

¶ De ſancta Anna. vel alia ſctā. Ser. j.

ARbor bona fru
ctus bonos facit. Mat.
vij. Pro thematis aliqua⸗
li euidentia formatur ta⸗
lis conſequentia.

Beata anna fuit fundata et radicata in
omni virtute et charitate.
Scdō fuit plātata et conſeruata in perfe
cta ſanctitate.
Et ſic merito pōt arbor dici: et arbori fa⸗
ciēti fruct⁹ bonos in ſua q̄litate cōpari.
Pro probatione iſtius conſequētie con⸗
tēplor ꝟba xp̄i Mat. vij. ſic dicētis. Non
pōt arbor mala fruct⁹ bonos facere: nec
arbor bona malos fructus facere. Super
quo dicit Augu. Arbor quippe eſt ip̄e hō:
fructus ꝟo opera hoīs. non ḡ pōt malus
hō opa bona operari: nec bon⁹ mala. Itē
dicit ipſe: arbor bona vel mala d̄r ꝓpter
voluntatē bonā vel malā. fruct⁹ aūt ſunt
opa: q̄ nec bona male volūtatis eſſe pñt:
nec mala bone voluntatis. Nunc dñi cer
tior cognitio quam habere poſſumus de
arbore vtrum ſit bona vel mala: eſt ꝑ fru⸗
ctus. Mat. vij. A fructibus eoꝝ cognoſce
tis eos. Et loquēdo ſpūal'r oſtendit nob̄
Augu. ſuꝑ dicto ꝟbo: q̇ ſunt tales fruct⁹
per quos arborē cognoſcimus. ſic di. Qui
ſunt fruct⁹ quib⁹ cognoſcim⁹ arborē ma⸗
lam: dicit apl's ad Galath. v. Manifeſta
ſunt opa carnis: q̄ ſunt fornicatio immū
dicia ⁊c. Et q̇ ſunt fructus ꝑ quos cogno
ſcimus arborē bonā: oſtendit apl's ibidē
di. Fructus autē ſpūs eſt charitas / gau⸗
diū / pax ⁊c. Ex dictis duas poſſumus in⸗
ferre ꝓpoſitiones. prima eſt.
Homo mortalis nō inepte pōt arbor dici
Scdā propoſitio faciendo precepta diui
na poſſunt boni fructus colligi.

Prima pars.

¶ Dico primo ꝙ homo
dicit arbor. Mar. viij. Video hoīes velut
arbores ambulātes. Et innocētius de vi⸗
litate cōditionis humane. Homo eſt ar⸗
bor euerſa: cuius radices ſunt crines: trū
cus eſt caput cū collo: ſtipes pectus cum
aluo: rami vlne cuꝫ tibijs: frondes digiti
cū articulis. eſt nāqꝫ folium qd̄ a vēto ra
pitur: ſtipula que a vento deſiccatur. hec
ille. Et conſiderant doctores ꝙ hō poteſt
dici arbor propter tria in quibus arbori
aſſimilatur. ſcilꝫ
In viuendo.
In creſcendo.
In fructificando.
Iſtam materiā inuenies in holkot ſuper
lib̄. ſapientie. illuc ergo tranſferas ſtudiū
tuū: qm̄ in exēplari plura nō inuenim⁹.

¶ In feſto beate Anne matris genitri⸗
cis dei marie. Sermo. ij.

BEnedicta tu in
ter mulieres: et bn̄dictus
fructus vētris tui. Luc. j.
Gen. xxvij. ſcribit quomō
yſaac benedixit iacob. in q̈
benedictione imprecatus fuit ſibi rorē ce
li: pinguedinē terre: frumentū / vinum / et
oleū. Eſau autē orās a patre bn̄dici dixit
Num vnā tm̄ benedictionē habes pater:
mihi quoqꝫ obſecro vt bn̄dicas. Et yſaac
bn̄dixit ei di. In pinguedine terre et ī ro⸗
re celi deſuper erit bn̄dictio tua. Super
iſta hiſtoria Augu. in ſermone de rebecca
dicit ſic. Sicut iacob et eſau in ſuis bn̄di
ctionibus cōem habuerūt rorem celi: ita
boni et mali in eccl'ia cōmune hn̄t ꝟbum
dei. Solus iacob in vna benedictione ha
buit frumentū vinū ⁊ oleū: qꝛ licꝫ oēs au
diant dei ꝟbum: ſolū tm̄ boni cōſequunt
verbi fructū. hec Augu. In p̄nti non ſolū
hic ſum⁹ ad ꝟbū dei audiendū: ſed et ad
fructū verbi percipiēdū. et eſt ita ꝙ ſi ſu⸗
pradictā hiſtoriā attendim⁹: iacob nunq̄
fructū benedictionis attigiſſet: niſi conſi
liū et auxiliū mr̄is habuiſſet. Mater nr̄a
eſt ꝟgo maria: ipſa eſt mater mīe: vt dici⸗
mus in illa preclara aña. Salue regīa. idō
vt verbū predicatiōis in nobis poſſit fru
ctificare: eius ꝯſiliū fauorē et auxiliū de⸗
bemus inuocare. Itē et magis ad thema
tis ꝓpoſitū: hodie eſt feſtū ſancte āne: fru
ctus vētris eius eſt ꝟgo maria. fruct⁹ vē⸗
tris marie eſt ieſus / iuxta illud. Et ieſum
bn̄dictū fructū vētris tui nobis poſt hoc
exiliū oſtende: O clemēs. O pia. O virgo

maria. Ut ergo fructū vētris marie poſſi
mus obtinere: in ſermonis principio fru
ctū ventris anne: qui eſt virgo maria: de
bemus ſalutare humiliter mēte pia dicē
tes. Aue ma. Bn̄dicta tu inter mulie. ⁊c.
Iſtud thema in laudē beate anne ꝓponi
tur: et ſibi dicitur. ꝙ eſt bn̄dicta inter mu
lieres. Et cā et rō redditur: qꝛ eſt bn̄dictꝰ
fructus ventris tui. Iſtius cauſalis ratio
redditur in triplici exemplo.

Primū eſt in arte.
Secundum in natura.
Tertium in ſcriptura.

¶ Primū in arte. i artificialibus em̄ effe
B ctus ꝑfectionem denotat ſue cauſe. cōi
ter enim d͛r ꝙ opus cōmendat magiſtrū.
et Ambro. ſuper illo Rom. j. Inuiſibilia
dei per ea q̄ facta ſunt ⁊c. declarat ꝙ etſi
deus ⁊ ſua perfectio nō poſſit cognoſci ꝑ
ſuam eſſentiā: quia natura inuiſibilis eſt
ſpūs eſt deus. Joh. iiij. tamen pōt cogno
ſci per eius opa ſcʒ celū/terram/mare/et
oīa que in eis ſunt. vn̄ ibi Amb. Ut deus
qui natura inuiſibilis eſt: etiā a viſibilibꝰ
poſſet ſciri et cognoſci: opus fecit qd̄ opi
ficem ſui viſibilitate demonſtrauit. Habe
mus igitur in exēplo artis ꝙ opus com
mendat magiſtrū: et effectus perfectionē
ſue cauſe ſignificat. ¶ Scd̄m exemplum
in natura a fortiori q̄ in arte. quia ars
imitatur naturā inquantū pōt. ij. phoꝝ.
in naturalibus pater et mr̄ ſunt cauſe na
turales filij vel filie: et tota perfectio pro
lis redundat in perfectionē parentū: qꝛ
imago demonſtrat perfectionem illiꝰ cu
ius eſt imago. Filius ṽo eſt imago p̄ris
ſm Auguſt. iō Prouerb. x. Filiꝰ ſapiēs le
tificat patrē. quia ſapientia filij redūdat
in perfectionē patris. ¶ Tertiū exēplum
eſt in ſcriptura. dicit xp̄us Mat. vij. totā
bonitatē et perfectionē arboris eſſe a fru
ctu: ita ꝙ a fructu malo arbor mala ⁊ a bo
no bona dicat̄. et a fructu malo arbor ma
ledicta. et a bono benedicta. Matth. xxj.
et Mar. xj. ſcribit̄. qꝛ xp̄s nō inuenit fru
ctū in quadam arbore: arbor fuit maledi
cta: et per ꝯſequens vbi bonus reperitur
benedicta. Ad ꝓpoſitum beata anna arti
fex: beata virgo artificiatū vt in exemplo
artis. ipſa mater: ṽgo filia vt i exēplo na
ture. ipa arbor: ṽgo fructꝰ vt i exēplo ſcri
pture. et cū opus in arte redūdet in ꝑfe
ctionē magri. filius vel filia in ꝑfectionē
mr̄is in natura. fructus i perfectionē ar
boris vt in exēplo ſcripture. Cum igit̄ vir
go ſit opus āne excellēs: fructꝰ cūctis pla
cēs: filia laude digna vniuerſaliter. qꝛ fe
lix nāqʒ es ſacra virgo maria: et oī laude
digniſſima. ſequit̄ ꝙ anna nō immerito
ſit benedicta. ꝓpter qd̄ ſibi dicitur in the
mate. Benedicta tu ⁊c. qꝛ benedictus fru
ctus ventris tui. In hoc themate btā an
na de duobus collaudatur.

Primo de gr̄a et de dono ſpūali: qꝛ bene C
dicta tu inter alias mulieres.

Scd̄o de excellētia et priuilegio ſingula
ri: qꝛ inter mulieres bn̄dictus fructꝰ vē
tris tui. i. ſup mulieres in bn̄dictiōe fru
ctus vētris tui eſt ſingulariter bn̄dictꝰ.

Prima pars.

¶ **Dico primo ꝙ hic lau**
datur anna de gr̄a ⁊ dono ſpūali: qꝛ bene
dicta tu ⁊c. ideſt inter alias mulieres. In
ter alia ꝓpter que hoīes et mulieres aſſe
quūtur benedictionē ſunt tria.

Primo qꝛ ſemper deum amant mundum
relinquendo.

Secundo quia proximum iuuant miam
conſeruando.

Tertio qꝛ mūdiciā cordis ſeruant in ino
centia perſeuerando.

¶ Primo aſſequit̄ homo dei bn̄dictionē
ꝓpterea qꝛ deū amat ⁊c. Deut̄. xxvij. ſcri
bit̄. ꝙ moyſes cōſtituit pplo duos mon
tes. ſ. garizim ⁊ hebel. de quoꝝ primo de
ſcēdebat benedictio: de ſcd̄o maledictio.
Sup quo dicit glo. ꝙ garizim interp̄tat̄
diuiſio vel abſciſio. gebal vallis vetus. vl'
vorago vetꝰ. ⁊ ſubdit. Qui ſe a vitijs ſepa
rāt: ⁊ aduenas et peregrinos in h̄ mūdo
ꝯſtituūt: eternā merent̄ bn̄dictionē. q̄ ṽo
in voraginē veterʒ vite ſe p̄cipitāt: eterne
ſubiacēt maledictioni. Et mūdus hʒ ſuas
bn̄dictiones q̄s dat: ꝑ ꝯriū mūdus bn̄di
cit malis et pctōribꝰ. vn̄ ps̄. ix. Laudatur
pctōr in deſiderijs aīe ſue: et iniquꝰ bn̄di
cit̄. Iſtis deꝰ nō bn̄dicit: imo maledicit.
ps̄. cxviij. Increpaſti ſupbos: maledi. qui
decli. a mā. tuis. Btūs Aug. tractās illud
ps̄. cxxviij. Et nō dixerūt q̄ p̄teribāt bn̄di.
do. ſup vos bn̄di. ⁊c. dicit et declarat qui
ſunt iſti q̄ p̄teribāt: ⁊ q̄ ſunt qbꝰ non dixe
rūt bn̄dictio ⁊c. De p̄mis dic̄ ꝙ ſūt ꝓphē
priarche/apl'i/martyres/cōfeſſores/ṽgi
nes: q̄ in h̄ mūdo nō manebāt: ſed p̄teri

bant. De ſecūdis dicit ꝙ ſunt in hoc mū-
do ſtantes ⁊ manētes per affectū/volun-
tates/⁊ opa: q̄bus qui p̄teribāt: non di-
xerūt. Bn̄dictio dn̄i ſuper vos ⁊c. Cauſaꝫ
ibi reddit Augu. di. qꝛ nō fuerūt auſi im-
precari bn̄dictionē illis: in q̄bus impſſaꝫ
videbāt dei maledictionē. Iſti habitant
in mōte hebal: de quo non venit bene-
dictio: ſed maledictio. Eſt enim de deo ⁊
mūdo in ſuis bn̄dictionibus: ſicut de ia-
cob ⁊ ioſeph filio ſuo: de quo legit Gen̄.
xlviij. ꝙ ioſeph voluit ꝙ iacob benedi-
ceret duob⁹ filijs ſuis. ſ. manaſſen et ef-
fraim. et qꝛ plus dilexit manaſſen: poſuit
eū ad dexteram patris: et effraim ad ſini-
ſtram. Sed iacob inſtruct⁹ in ſpū/man⁹
ſuas cācellauit: et dexteram poſuit ſuper
effraim: ſiniſtrā ſuper manaſſen. Iſto mō
moraliter mūdus quos diligit: in ſuis bn̄
dictionib⁹ ponit ad dexterā. et ſanctos vi
ros: quos min⁹ diligit ad ſiniſtrā: ſꝫ deus
cancellat man⁹ et bn̄dicit ꝑ ꝯtrium. ita ꝙ
ſancti viri a mūdo maledicunt: ſed a deo
bn̄dicuntur. pſ̄. cviij. Maledicent illi: ⁊ tu
benedices. Ad ꝑpoſitū beata Anna ꝑpt
dei amorē mūdū dereliq̄t: ſolū ibi corpe/
nō mēte habitauit: nō manēs: ſꝫ p̄teriēs
in h° mūdo fuit. de ea dꝛ in hiſtoria et de
ſuo viro ioachim: ꝙ erāt iuſti ante deum
incedētes ſine rep̄henſiōe in oībus man-
datis dn̄i. ꝑpter qđ a mundo ſeparata: ⁊
deo ꝯiuncta: meruit diuinā bn̄dictionē:
vt de ea dicat illđ Iudith. xv. Man⁹ dn̄i
ꝯfortauit te: ⁊ iō eris bn̄dicta in eternū.
¶ Dico ſcđo ꝙ homo aſſequit bn̄dictio-
nē ꝑpterea ꝙ ꝑximū iuuat ⁊c. Prouerb.
D xxij. Qui pronus eſt ad miām: benedicet.
Eſt de elemoſynario ſicut de quodā lapi-
de de quo habet in libro de lapidib⁹: ꝙ
ſemꝑ emittit aquā in abundantiā: et tn̄
nūq̄ꝫ liq̄ſcit nec minuit. ita ꝙ ſemꝑ dat
⁊ ſemꝑ abūdat. Et cā reddit: qꝛ lapis ille
eſt poroſus: ⁊ aer q̄ per poros intrat cōti
nue reſoluit in aquā: ⁊ ſic ſemper dat et
nunq̄ minorat. Sic eſt de hoīe liberal'r
dante: quanto plura ꝑ deo dat: tāto am-
plius abūdat. ⁊ q̄ plura ꝑ diabolo rapit
et diſpergit: tanto min⁹ hꝫ. De his dic ſa
lomon Prouer. xj. Alij diuidūt propria: ⁊
ditiores ſunt: alij rapiūt aliena: et ſemꝑ
in egeſtate ſunt. Ad ꝑpoſitū btā anna cū
viro ſuo ioachim ex hoc meruerūt dei be-
nedictionē. ſcꝫ qꝛ iuuerunt ꝑximū. Dicit
em̄ in hiſtoria ꝙ tres ꝑtes de bonis ſuis
faciebāt. Primā tēplo: ſcđam peregrinis
⁊ paupib⁹ dabant: tertiā ſibi et ſeruitori-
bus retinebāt. Sic q̄ ſeminat in bn̄dictio
nib⁹: de bn̄dictionib⁹ ꝑ ꝯſequēs et metet
vitā eternā. ij. Cor. ix. Metēt em̄ vltima
te illā bn̄dictionē: q̄ impēdētibus dabit.
ſcꝫ opera pietatis. Matthei. xxv. Venite
benedicti patris mei: poſſidete paratum
vobis regnū a conſtitutione mundi.
¶ Dixi tertio ⁊ vltimo ꝙ hō aſſequit dei
bn̄dictionē per mūdiciā cordialem ⁊c. vn̄
pſ̄. xxiij. Innocēs manib⁹ et mūdo corde
q̄ nō accepit in vano ⁊c. Hic accipiet bn̄-
dictionē a domino. Vbi nota quattuor
ſine quibus non pōt eſſe perfecta innocē-
tia: nec haberi dei benedictio.
Primū eſt rectitudo ⁊ ſimplicitas in opa
tione. innocēs manib⁹. nō dicit pedibus:
qꝛ per pedes intelligunt venialia. Iohā.
xiij. Qui lotus eſt: non indiget niſi vt pe-
des lauet. cum quibus adhuc innocētia
conſeruatur. vn̄ ſm aliquos doctores/ ſi
adam in ſtatu innocētie peccaſſet venia-
liter: adhuc conſeruaſſet innocentiam.
Secundū eſt puritas in cogitatiōe: quia
dicit. mundo corde.
Tertiū eſt amor ⁊ charitas in intentiōe:
non accepit in vano animā ſuam.
Quartū eſt veritas in locutione: nec iura
uit in dolo proximo ſuo.
Iurare em̄ in dolo eſt malū ⁊ periculoſuꝫ
Scđm titū liuiū. ſcđs rex romanoꝝ tanta
pietate oīꝫ pectora imbuerat: vt roma ſo-
la fide regeret. Sed poſtq̄ ad ꝑiuria cō-
uerſi ſunt: roma ꝑijt. Scđm pħm de regi
mine principū/ h° fuit cā deſtructiōis aſſy
rioꝝ: et cā deſtructiōis carthaginis: quia
frequēter fedus qđ inierūt cū ſcipiōe fre-
gerūt. Seruando igit rectā ſimplicitatē
in intētiōe ꝙ ſit innocēs manib⁹: ⁊ puri
tatem in cogitatiōe: ꝙ ſit mundo corde:
amorē et charitatē ⁊c. hic accipiet bn̄di.
¶ Ad ꝑpoſituꝫ oīa hec habuit btā anna: E
vt patꝫ ī hiſtoria. Fuit regulata q̄ad deū:
ordinata q̄ad ſe: ī amore poſita quoad ꝑ
ximū: diligebat deū ſuper oīa: ꝑximū ſi-
cut ſeipſam. Hiſtoria dicit ꝙ ipſa et vir
ſuus erāt iuſti an̄ deū incedētes ſine q̄re-
la in oībus mādatis dn̄i. oīa mādata dn̄i
ꝯcernūt deū ⁊ ꝑximū. Sic aſſimilat iob:
qui erat vir ſimplex et rectus ac timens
deum: ⁊ recedēs a malo. Iob. j. et ex hoc

fuit bñdictus. qꝛ ſeqtur in textu. Opibus manuũ ei⁹ bñdixiſti: et poſſeſſio eius creuit in terra. Sed dices: nos habem⁹ bñdictionẽ manuũ et operũ ĩ ſcriptura vt h̓ et bñdictionẽ vẽtris ꝛ vulue. vt ptꝫ Geñ. penult. Anna etſi habuit bñdictionẽ manuũ et operũ: nõ tñ ventris ꝛ vulue: imo quoad h̓ maledicta erat: qꝛ ſm legẽ maledicta erat oĩs ſterilis ꝛ infecũda: ꝛ ꝓpter hoc fuit cũ viro ſuo repulſa de ſacrificio. Rñdeo et dico ꝙ iſta fuit filiis iob: q̄ poſt bñdictionẽ manuũ et operũ habuit multas ꝑſecutiões/triſticias/deſolatiões/et opprobria. Sꝫ dꝛ ĩ fine lib. ei⁹ ꝙ bñdixit de⁹ iob nouiſſimis plus q̄ȝ principio ei⁹. A filii anna ĩ nouiſſimo ſenectutꝫ ꝛ ſterilitatꝫ ſue fuit magꝫ bñdicta q̄ȝ ĩ pricipio iuuẽtutꝫ. Per reuelationẽ angeli ꝯcepit et pepit excellẽtiorẽ partũ. ſ. v̾ginẽ mariã q̄ȝ cetere mulieres. Dr̄ in tex. Job. ꝙ habuit tres filias. A filii iſta dic. ſed ſequit̾ ĩ tex. ꝙ vocauit ꝑmã diẽ. a ſimili ꝑmã ãne filia fuit v̾go maria q̄ vocata ẽ dies ꝓpter gr̄e claritatẽ: Eua nox ꝓpter pctĩ tenebroſitatẽ. Angel⁹ dꝛ dies ꝓpter grãꝫ in q̄ permãſit qñ creat⁹ fuit. diabolus nox ꝓpter pctm̄ ĩ qd̾ cecidit qñ in v̾itate non ſtetit. Snĩa hec ẽ Augu. ſup Geñ. ſ. Appellauit lucẽ diẽ: et tenebras noctẽ. Sic de v̾giẽ ꝛ ãgelo: de eua ꝛ de diabolo exponit̾ illud pſ. xviij. Dies diei eruc. v̾bũ. ſ. ãgel⁹ v̾gini qñ dixit ſibi h̓ v̾bũ. Aue gr̄a plena ꝛc. et nox diabol⁹ eue nocti tenebroſe ĩdicat ſciẽtiã. Geñ. iij. Eritis ſicͫ dij ſciẽtes bonũ ꝛ malũ. Ptꝫ igit̾ ꝙ ãna fuit bñdicta ꝛ bñdictione manuũ ꝛ operũ ꝛ vẽtris ꝛ vulue ꝛ excellẽtioris ꝑſone q̄ȝ cetere ꝯiugate vt dicat̾ ſibi illd̾ Judith. xiij. Bñdicta es tu filia a domino deo excelſo ꝑ oĩb⁹ mulieribus ſup terram. Secũda pars.

¶ Dixi ſecũdo principaliter ĩ ſcda pte ſermonis: ꝛ eſt finis: ꝙ in themate laudat̾ anna de excellẽtia ꝛ puilegio ſingulari: qꝛ inter mulieres. i. ſuper oẽs mulieres bñdict⁹ fruct⁹ ventris tui. nimirũ glioſa anna: qꝛ fruct⁹ vẽtris tui: q̄ eſt v̾go maria: eſt ꝑ quã oĩs maledictio ſoluta eſt: ꝛ celeſtis bñdictio in totũ venit mũdũ ſm Greg. q̄ ſoluẽs maledictionẽ/ dedit bñdictionẽ: et cõfundẽs mortẽ ꝛc. Benedictus fructus vẽtris tui glorioſiſſima Anna: qui eſt glorioſa v̾go maria.

Eſt fructus lucis.
Eſt fructus nucis.
Eſt fructus ducis.

¶ Eſt fructus lucis ꝓpter puritatẽ. quia fructus lucis eſt in oĩ bonitate, ad Ephe. v. Puriſſimi fructus eius. Prouerbi. iij. ¶ Eſt fruct⁹ nucis ꝓpter cõitatẽ. Diligit fruct⁹ iſte a pueris: ꝛ eſt bonũ forũ de eo. Sic virgo maria pueris eſt bonum forũ de ea: qꝛ oĩbus ſapiẽtib⁹ ꝛ inſipientibus debitrix ẽ effecta ſm Bern. Jtẽ piſces nutriũtur in aq̄ amara: q̄ ſignificat tribulationes hui⁹ mũdi. ꝛ cõiter dꝛ: poſt piſces nuces. ꝛ q̄d ẽ hoc dictũ: niſi ꝙ ꝓ q̄cunq̄ȝ tribulatiõe hui⁹ mũdi ꝛ aduerſitate ſumma medicina ꝛ remediũ eſt ꝯ ei⁹ venenũ nux. i. v̾go maria. Jtẽ de nucib⁹ eſt bonũ forũ: ꝛ ita de multꝫ ſctis: q̄ de ſuis meritꝫ ꝛ interceſſionib⁹ ꝓpter ꝑuilegia eis ꝯceſſa apud deũ iuuãt. ꝛ ſic de eis bonũ forũ eſt vt de nucib⁹. Sꝫ q̄d dꝛ in tex. Judico de nucib⁹ ꝑualet vna trib⁹. valent iſte nuces: ſꝫ btã virgo vna ſola nux ꝑualet his nucib⁹. ¶ Eſt fruct⁹ ducis ꝓpter generoſitatẽ: ſicut dicim⁹ ꝙ aliq̄s fruct⁹ ẽ regalis vñ poſſum⁹ dicere ioachim de ãna. Uxor tua ſicut vitis abũ. in laterib⁹ dom⁹ tue. Pſ. cxxvij. Et anna põt dicere. Ego q̄ſi vitis fructificaui ſuauitatẽ odoris: ꝛ flores mei fruct⁹ honorꝫ ꝛ honeſtatꝫ. Eccli. xxiiij Et ideo qꝛ btã v̾go dꝛ fruct⁹ vẽtris anne: qꝛ ei⁹ filia: ꝛ anna ei⁹ mater: iõ btã anna dicit quod ſequitur in textu. Ego mater pulchre dilectionis ꝛ timoris ꝛ agnitionis ꝛ ſctẽ ſpei. q. d. ego mater ꝛ btã virgo mea filia: q̄ q̄ttuor nominib⁹ nominatur. Primũ: pulchra dilectio: q̄ad oẽs: qꝛ non põt ab aliq̄ amari niſi pulchre ꝛ virtuoſe (diligatur. Scdm̄ timor: q̄ad demões oẽs demões eã timẽt: eſt ꝯ eos terribilis ſicut caſtroꝝ acies ordinata. Cant. vj. Et Ber. Sicut fluit cera a facie ignis: ſic oẽs demones fugiũt aduentũ btẽ v̾ginis marie. Et parcatꝫ: qꝛ nõ ĩueni plus. Explicit.

¶ Jn feſto beati Dñici pr̄is nr̄i. Ser. j.

Vos eſtis lux mũdi. Mat. v. ꝛ in euangelio pñtis feſtiuitatis. Beatus Dominicus poſtq̄ȝ diu hominib⁹ mũdi
Predicauerat doctrinã euangelicam.
Per miracula ꝯfirmauerat v̾tutẽ diuinã
Per opa manifeſtauerat ſuã vitã aplicã.
De ſemetpo omnes interrogauit in gene

kali per vocem dulciſonam.
Quem dicunt homines eſſe filium homi/
nis. Matthei. xvj.
Tunc homines mundi ei reſpondentes lo
cuti ſunt in hanc maneriē ſibi congruā.
Alij iohānē baptiſtā: alij vō heliā: alij vō
hieremiā: aut vnū ex ꝓphetis. Et rn̄dens
btūs dn̄icus dixit eis. Certe ego non ſum
confirmatus in gratia. Reſpondeo φ etſi peccare non poſſunt: tamen debent profi‑cere in bonum: et eorum profectus poteſt impediri: τ propter hoc datur angelorum cuſtodia ad remouendū a malo: τ ad pro‑mouendum ad bonum: a quo retrahit an gelus malus. ¶ Tertia queſtio vtrū pueri in vtero matris habeant angelū cuſtodē. videtur φ non: qꝛ datur angelus propter ſalutem ſpiritualem conſequendam: que haberi non poteſt ſine ſuſceptione ſacra‑mentorum: quorum ipſi nō ſunt capaces pro illo ſtatu: τ ſic inutilis videtur iſta cu ſtodia. Reſpondeo φ ſacramēta conferū‑tur per miniſtros eccleſie: et licet pro illo ſtatu pueri non ſubdantur autoritatibus angelorum: et ideo ab inſtanti infuſionis anime datur eis angelus cuſtos per queꝫ prohibet virtus diaboli ab eius nocumē to. poſſet enim per diabolum in vtero ma tris extingui: et ſic propter peccatum ori‑ginale dānari. ¶ Quarta queſtio vtrū an‑tichriſtus habebit angelum cuſtodem. vi detur φ non: qꝛ dicit apl's. ij. ad Theſſal'. ij. φ aduētus eius erit ſm operationem ſathane. que cuſtodia datur contra ſatha nā: ideo fruſtra eſſet in eo angelica cuſto‑dia. Reſpōdeo φ ſic. quia lex communis non debet mutari propter vnum. In hoc eius pena apparebit iuſta: quia beneficia toti nature promiſſa non ſunt ei negata. Sed talis cuſtodia angeli erit fruſtra: ex quo nō poterit conuerti ad bonum. Dico φ ſi non cōuertatur ad aliquod bonuꝫ: ex cuſtodia tamē angeli boni ceſſabit a mul tis malis. Et nota φ hunc effectum cōſe‑quitur ad minus ſemper angelus cuſtos in quocūqꝫ obſtinato. ¶ Quinta qō vtrū beata virgo habuit angelum cuſtodem. τ videtur φ non: qꝛ erat confirmata in gra tia: et non poterat peccare: igitur τc̄. Re‑ſpondeo φ ſic: quia non minoris dignita tis erat beata virgo φ alij homines: ſꝫ ha bere angelum cuſtodē eſt dignitas homi‑num et animarum: igitur τc̄. Secundo qꝛ datur cuſtos: vt dictum eſt: non ſolum vt liberet a periculo: ſed etiam vt inſtruat: iō beata virgo etſi primo non indiguit: ſecū do inſtructa fuit per angelum gabrielē de chriſti incarnatione. de modo ſue conce‑ptionis. vt patet Luce. j. Item de fuga in egyptum. de perſecutione herodis cōtra puerum chriſtum: et de reditu in terrā iſ‑rael poſt obitum herodis. vt patet Mat‑thei. ij. Dicūt enim doctores φ cuſtos vir ginis fuit gabriel. Alij dicunt φ habuit mille angelos deputatos ad ſui cuſtodi‑am. et hoc dicunt declarando illud quod dicitur in Canti. ca. iiij. Mille clypei pen dent ex ea: omnis armatura fortium τc̄. ¶ Sexta queſtio vtrū chriſtus angelū cu‑ſtodem habuit. videtur φ ſic: quia nō de‑buit priuari dignitate aliorum hominū: ſed habere angelum cuſtodē pertinet ad dignitatem hominis: vt dictū eſt. Reſpō deo φ non: quia etſi ad dignitatem viato ris pertinet φ habeat angelum cuſtodē: quia datur pro cuſtodia vie. Angelis ſuis mandauit de te: vt cuſtodiant te τc̄. habe re tamen cuſtodem non pertinet ad digni tatem comprehenſoris. vnde patet φ dia bolus falſum dixit chriſto Mat. iiij. An‑gelis ſuis τc̄. chriſtus vero non ſolum via tor fuit: ſed etiam comprehenſor: et adiu‑torio nō indigebat aliquo: quia eius bo‑num vel malū impedire non poterat. Itē nec poterat illuminari per angelū: nec in ſtrui: quod eſt alius effectus angeli. quia eius aīa verbo vnita immediate illumi‑nabatur perfectiſſime ab eodē: immo chri ſti anima ex illuminatione verbi illumina bat angelos. et non econtra. Et ſi dicatur videtur contrarium Luce. xxij. φ factus in agonia tempore paſſionis apparuit de celo angelus confortans eum. Dicēdum φ non per modum cuſtodis eum iuuan‑do vel inſtruendo: ſed per modum mini‑ſterij formā eius congratulando: ſicut ho mo naturaliter cōfortatur ad preſentiam amicoꝝ. ¶ Septima et vltima queſtio: cū deus principaliter ſit cuſtos hominum: Iob. vij. Quid faciam tibi o cuſtos homi num: τ cuiuſcunqꝫ cuſtodia nihil valet ſi‑ne ſua. quia niſi dn̄s cuſtodierit ciuitateꝫ fruſtra vigilat qui cuſtodit eam. pſ̄. quia fruſtra fit per plura τc̄. ſm ph'm. Secun‑do cuſtodia et conſeruatio hominum eſt per gratiam: ſed deus per ſe immediate infundit gratiam nō per alium: igitur τc̄. Tertio vnus effectus angelorum cuſtodie eſt φ portant orationes hominum ad de um. Tobie. xij. Quando orabas cū lachry mis dicit raphael: ego obtuli orationem tuā domino. Alius effectus eſt φ portant aīam ad celū. iuxta illud Luc. xvj. Factū eſt vt moreretur mendicus: et portaretur

ab angelis ꝛc. Et totū hoc deus pōt face
re ꝑ ſeipſum ſolū: igiť angeloꝝ cuſtodia
eſſet fruſtra. Rñſio ad iſta ꝙ deus tanꝙ
principalioꝛ hoīm cuſtos pōt oīa iſta ſu-
pradicta facere ꝑ ſe ſolū: ſed vult facere
per inſtrumēta ſua et ꝑ miniſtros. Lex eſt
diuinitus oꝛdinata ſm ꝙ dicit Dionyſi⁹
de celeſti hierarchia: vt inferioꝛa reducā-
tur ad ſuperioꝛa ꝑ media: deus eſt ſupioꝛ
homo eſt inferioꝛ: angelus eſt medi⁹. Itē
quoad effectū cuſtodie: quoꝝ vnus eſt ho
minum orones offerre deo: alius eſt aīas
in celū ducere ꝛ gratiā per ſeipſum infun
dere. Dicendum ꝙ in hoc deus vtiť ipſis
angelis tanꝙ inſtrumentis. Uidem⁹ eñ
in artificialib⁹ ꝙ inſtrumēta diſponunt
ad formā: vt ignis mollificando ferrum:
et martellus dilatādo: ſed foꝛma cultelli
induciť ab artifice ſm ſimilitudinē artis
quā hꝫ principale agens. Ita et deus pri
mus cuſtos inducit vltimā perfectionem
coniungentē fini tanꝙ foꝛmam: et hec eſt
gratia ꝛ gloꝛia. ſed angeloꝝ eſt per illumi
nationes/et per eius cuſtodiā/et ad illuꝫ
finem diſponere et preparare. Ex quibus
omibus finis imponitur ſcdo iſtius ſer-
monis trectatui: in quo dicebať ꝙ tracta
retur de angelis quantū ad humanā crea
turam: in quo dicebať ꝙ angeli ſunt hu-
miles ꝛ infimi ſeu baſſi ꝑ adminiſtratio-
nē: qꝛ ſunt eoꝝ. ſcꝫ hoīm: quia cuſtodes ꝛ
miniſtratoꝛes oēs ſunt.

Tertia pars.

¶ Tertio dixi pꝛīcipali-
ter et vltimo ꝙ terti⁹ tractatus pñtis ſer
monis eſſet de angelis quantū ad ſuam
felicitatem perdurabilem. Et hic tracta-
biť ꝙ angeli ſunt rapti in cōtēplatione:
quia ſemper vident fa. patris. iuxta ter-
tiam partē thematis. In angelis ſimul
et ſemel eſt duplex vis ſm doctoꝛes. Una
miniſtratiua: qꝛ nobis mittunť: ſm iſtaꝫ
deſcendūt. Alia contēplatiua: qꝛ deo per
viſionē facialē et preſentialē: vñ eſt eoꝝ
premiū: ſemp fruūtur: et ſic rapiuntur et
aſcēdunt. Hos vidit iacob Gen. xxviij. qñ
vidit ſcalam ſtantē in terra: et cacumē ce
lum tangens: ꝛ angelos aſcēdentes ꝛ de
ſcendentes ꝑ eam: et dñm innixū ſcale.
Per angelos q̄ deſcēdūt ſignť ipſimetip-
ſi: q̄ ad hoīes deſcēdūt ad cuſtodiā et mi
niſtrationē. Per angelos qui aſcendūt ſi-
gnificāť ipſimet āgeli: q̄ deo familiariter
vtunť per beatitudinē et contēplationē.
Per ſcalā intelligiť claritas qꝛ vterqꝫ mo
dus de claritate procedit. Un dicit beat⁹
Petr⁹ ꝙ deus eſt in quē deſiderāt angeli
proſpicere. j. Peť. j. iō ſtatim in principio
ſue creationis fuerūt ei adherētes. de be-
neficio creationis gr̄as reddentes: cū pō
dixerunt. Dñe deus virtutū cōuerte nos:
et oſtēde faciē tuā et ſalui erim⁹. Iſta eſt
felicitas. Sicut eñ angeli mali vbicūqꝫ
ſunt et vadūt: ſemꝑ ſua pena comitantur
ſic angeli boni ſua gloꝛia: vt eos laudādo
et cōmendādo deo dicamus illud qō ſcri
biť. iij. Reg. x. Beati viri tui: ꝛ beati ſerui
tui qui ſtant coꝛā te ſemꝑ. Et ſic habem⁹
tertiā partē ſermonis: et per ꝯſequens fi
niť ſermo. ¶ Sed qꝛ hodie fit ſpecialiter
feſtū de beato Michaele: ideo in eius ho
noꝛē ſpecialr̄ dicenda ſunt. viij. de eo.
Primū eſt ꝙ ꝓpter virtutes bene fama-
tur. Ptꝫ ex eius noīe: qui interp̄tať virt⁹
dei: qs vt deus alter deus cū mira ꝟtute
Gregoꝛi⁹ dicit de trib⁹ angelis q̄ venerūt
ad abraā et eius noīb⁹: qꝛ ex noīe differūt
quid in cōparatiōe valeāt. Scdm ꝓpter
victoꝛias multū laudať. Ptꝫ Apocal. xij.
Factū eſt preliū magnū in celo ꝛc. Tertiū
eſt qꝛ idolatriā fugauit: vt ptꝫ de coꝛpoꝛe
moyſi (de q̄ iudas in ep̄la ſua. c. vnico.)
qō voluit diabolus iudeis ꝑdere: vt euꝫ
adoꝛarēt. Quartū eſt qꝛ pp̄lꝫ gubernauit.
Ipſe ſynagogā de egypto traxit. plagas
egyptijs intulit. mare rubrū diuiſit. pp̄lꝫ
per deſertū duxit: ꝛ in terrā promiſſionis
introduxit. Exo. iij. Quintū qꝛ contra an
tichriſtū pugnabit. Danie. xij. In tpe illo
conſurget michael princeps qui ſtat ꝑ fi-
lijs populi tui. Sextū qꝛ ipſum interfi-
ciet. Ptꝫ. ij. ad Theſ. ij. Quē dñs ieſus in
terficiet ſpū oꝛis ſui. Iſte ſpūs ē michael
ſm doctoꝛes. Septimū qꝛ moꝛtuos reſu
ſcitabit. j. ad Theſ. iiij. Ipſe dñs in iuſſu
et in voce archāgeli/et in tuba dei deſcē-
det de celo. Octauū qꝛ habet autoꝛitateꝫ
aīas in celū eleuare. vñ data eſt poteſtas
archāgelo michaeli ſuꝑ oēs aīas ſuſcipiē
das. Et ſic patent cuilibet contemplanti
octo excellētie: que ſpecialiter ꝑtinent ad
beatū Michaelē: et ꝑ conſequens habe-
mus totū ſermonē. Placeat deo ꝛc.

¶ De ſancto Michaele ſeu de ange-
lis. Sermo. ij.

Angelis ſuis mādauit de te: vt cuſtodiāt te in oib⁹ vijs tuis. ſcribitur in pſ. xc. Pro declaratiōe iſti⁹ ⁊c. videm⁹ p experientiam ꝙ rex ꝑpotens hñs duas ciuitates vt ſupra ī ſermone ꝑcedēti ⁊c. iō ꝯcludit thema. Angelis ſuis ⁊c. Vñ honorabiles dñi eſt notandū ꝓ ꝓſecutiōe materie/ ꝙ āgel⁹ ſm Greg. eſt nomē officij: ⁊ nō nature. nā ſm eūdē ille celeſtes creature ſp ſunt ſpūs: ſ; ſemp vocari angeli nequaꝙ̄ poſſunt. tūc em̄ vocant angeli: cū ꝓ exercendo aliquo officio ad nos mittunt: et ideo angel⁹ grece dr nuncius latine. ideo q: angelus nomē officij eſt: repio ꝙ nouē officia angeli circa hoīes exercent ſm numerum. ix. ordinū angelorū.

Primum officiū angelorum eſt homines paſcere.
Scōm eſt eos ad bonū promouere.
Tertium eſt deuiantes dirigere.
Quartū eſt diabolū retinere: et eius poteſtatem refrenare.
Quintū eſt peccatorē reprehendere: et ab eo non diſcedere.
Sextū eſt ſuper penitēte gaudere: ⁊ inde gaudiū demonſtrare.
Septimū eſt deū continue laudare.
Octauum eſt aīas ad celū eleuare.
Nonū eſt animas cuſtodire.

Et de iſto vltimo officio loquit thema cū dicit. Angelis ſuis ⁊c.

¶ Dico primo ꝙ q: angelus nomē officij eſt: nō nature: repio ꝙ primū officium qđ circa hoīes exercēt eſt cibū hoībus ꝓuidere: ⁊ eos paſcere. Hoc pz. iij. Reg. xix. vbi legit ꝙ angel⁹ attulit panē ⁊ aquā helie ⁊ dixit. ſurge ⁊ comede. grandis em̄ reſtat tibi via. Qui comedit ⁊ bibit: ⁊ ambulauit in fortitudine cibi illi⁹ vſq; ad montē dei oreb. vñ pz ꝙ paſcūt hoīes ⁊c. In q̄ hiſtoria q̄ttuor cōtēplor. Primū eſt hiſtoriale circa h̄ ꝙ dič ꝙ angel⁹ attulit panē helie: de q̄ comedit. in quo dat nob̄ innui ꝙ panis et vinū et qđcūq; aliud qđ ſufficit ad ſuſtentādū vitā hoīs: p angelos nobis miniſtrant. Ipſi fugāt mala tpalia: tēpeſtates/ glacies/ grādines. q: iſta prohibent et cōſumūt. Per angelos em̄ malos venit grando ī egyptū: q̄ omne fenū conſumpſit; et oē lignū regionis cōfregit; vt habet Exod. ix. ⁊ in pſ. lxxvij. dr de egyptijs. Miſit in eos irā indignatiōis ſue: indignationē ⁊ irā ⁊ tribulationē: imiſſiones p angelos malos. A ſimili p ꝯria per miniſteriū āgeloꝝ bonoꝝ venit nob̄ abūdantia ⁊ aeris tēperies. Angeli miniſtrāt horas dies mēſes annos et tēpora. ad qđ facit illud Apoč. ix. ꝙ angeli pati erāt in horā diē mēſem et annū. Et ſm ꝙ ponit ſctūs Tho. in. j. pte. q. arť. j. oīs creatura corpalis adminiſtrat p angelos: et ī ſolutionib⁹ argumentoꝝ allegat origenē ſup numerū di. ꝙ a deo op⁹ eſt angelis. angeli em̄ preſunt iumentis et neceſſitati aīaliū ⁊ plātationū ⁊ tormētis ⁊c. h̄ ille.

Scđo eſt notandū ꝙ iſta hiſtoria eſt moralis: circa hoc ꝙ dr ꝙ helias comedit de illo pane ſibi p angelū miniſtrato: et in fortitudine cibi illi⁹ ambulauit. xl. dieb⁹ ⁊ xl. noctib⁹. Inde docemur moral'r ꝙ iſte panis eſt pnīe. de quo ī pſ. lxxix. Cibabis nos pane lachrymaꝝ. quo mediāte ambulam⁹. xl. dieb⁹ et. xl. noctib⁹: qui eſt nūer⁹ pfect⁹ pnīe. ieſus em̄. xl. dieb⁹ ⁊. xl. noctibus ieiunauit: et pnīam fecit. Mat. iiij. Et ambulamus in fortitudine eius/ vſq; ad montē dei oreb. i. gr̄e: q: per pnīam dimittit culpa: ⁊ confert gr̄a. et ſic p. xl. venimus per ptes ſuas aliquotas in. l. qui eſt nūerus iubileus remiſſiōis et gratie. Per āgelos iſte panis nobis miniſtratur immo de iſto pane ipſe angel⁹ paſcit et recreat: q: ſm Berñ. ſup cant. ſer. lxviij. lachryme pctōꝝ delitie ſunt angelorum.

Tertiū ꝟbū qđ eſt in iſta hiſtoria: eſt ſpirituale. ſ. ꝙ panis euchariſtie ſacramentalis: q̄ dr angeloꝝ. pſ. Pa. ange. m. homo. In cuius fortitudine nō ſolū puenim⁹ ad locū pnīe: ſed ad. l. remiſſionis culpe/ et collatiōis gr̄e ⁊ glie. Angeloꝝ miniſterio nobis miniſtrat ad ipſi⁹ dignā ſuſceptionē ſuis ſctīs āmonitionibus ꝑparando.

Quartū et vltimū notatur ꝙ platus ⁊ ſacerdos: q̄ angel⁹ dr. mala. ij. Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſciētiā: et legē requirēt ex ore ei⁹: q: angel⁹ dñi exercituū eſt. hūt officiū paſcendi ppl'z: ꝓpter qđ dicti ſunt paſtores a paſcendo. dz em̄ paſcere ppl'm triplici pane. ſ. exēplo ꝟtuali: ꝟbi doctrinalis: ⁊ ſuſtētatiōis materialis. In ſignū huius xp̄s petro maxīo angelo/ et ſupremo plato/ dixit Jo. xx. Paſce oues meas. Et hec de primo officio angeloꝝ ⁊c.

¶ Scðm officiū angeloꝝ circa homines
eſt ad bonū ꝓmouere. Et de hͦ officio ptꝫ
Mat. ij. vbi legit̄ ꝙ angelus dn̄i appa. ī
ſom. Jo. dicēs. Surge ⁊ accipe. pu. ⁊ ma.
eius: ⁊ fu. in egyptū. q̄ fuga fuit bona ad
vitandū mortē pueri xpi'q̄ ꝓcurata fue-
rat. Jn quo moraliter edocemur: ꝙ qn̄ in
volūtate cōcipimus bonū ꝓpoſitū et ip-
ſum ꝓſequimur deducēdo ad opus: tunc
ab herode. i. diabolo ꝓcurat̄ ⁊ mors ma
tris. i. bone volūtatis: et pueri. i. nati bo
ni operis execuri: ſed per bonū angelum
ammonemur vt ab herode. i. diabolo/ fu
giamus: ne matrē et puerū per pctm̄ per
damus. Vn̄ ſm Bern̄. ſmo. xxxj. ſup cāti.
angelus ſemꝑ exhortat̄ aīam hoīs: ⁊ dei
dilectā ad bonū promouere nō ceſſat. pſ̄.
xxxvj. Delectare in dn̄o: et dabit tibi peti-
tiones cordis tui. et rurſum ibidē. Expe-
cta dn̄m ⁊ cuſtodi viā eius. Jtē Abachuc
ij. Si morā fecerit expecta illū: q: veniēs
veniet ⁊ non tardabit. Fidelis peramplꝰ
Bern̄. dicit. angelꝰ q̄ mutui amoris dei: ⁊
aīe conſcius: ſed nō inuidus: non querit:
ſed dei gloriā diſcernit. medꝰ inter dile-
ctū et dilectā vota offerēs referēs dona.
execrat iſtū: placat illū. Jntēdit quoqꝫ lꝫ
raro repreſentet: eos pariter ſibi ſm hūc
rapiens: ſed illū adducens. hec Bernarð.
Et hec ad ſecundo.

¶ Tertium officiū angelorūꝫ circa hoīes
eſt eos deuiantes ad rectam viā dirigere:
Jſtud officiū patꝫ Tob. v. de Raphaele q̄
duxit Tobiā in rages ciuitatē medorum
ꝑ iter qð Tobias egrediebat̄: vn̄ dixit ra
phael tobie de filio ſuo. Ego ducam eum
et reducā ſanū ad te: q: viam noui et iti-
nera eius frequēter ambulaui. Jn iſta hi-
ſtoria moraliter inſtruimur ꝙ in oībꝰ vijs
et itineribus in quibꝰ in pn̄ti via ambu-
lamus: angelos habemꝰ ductores. Jn ſi-
gnum huiꝰ dicit̄ in themate. Jn oībꝰ vijs
tuis. Si erras viā: te ducit. exemplum in
agar ancilla ſare: q̄ cū fugeret a facie dn̄e
ſue: et erraret in ſolitudine: angelus dn̄i
dixit ſibi. Agar vnde venis: et q̊ vadis ⁊c.
Reuertere ad dn̄am tuā et humiliare ſub
manu eius. Gen̄. xvj. Si erras ipſe viam
tibi oñdet. vn̄ angelus dixit petro extra-
hens eū de carcere. Circūda tibi veſtimē
tū tuū: et ſeq̄re me. Act. xij. Et populus ꝑ
deſertū habuit angelū ductorē. Angelus
dn̄i ꝑcedebat caſtra iſrael. Exodi. xiiij. Et
moyſi dixit dn̄s Exo. xxxij. in fine. Vade ⁊
duc populū iſtū de quo locutus ſum tibi
angelꝰ meus precedet te. Jð pōt intelligi
de q̄libet nr̄m illō: qð dixit dn̄s Malach.
iij. et habet̄ Matth. xj. Ecce ego mitto
angelum meū ante faciem tuam: qui pre
parabit viam tuam ante te.

¶ Quartū officiū angeloꝝ circa hoīes eſt
diabolū retinere ⁊ ſuā ptātē refrenare ⁊c.
Jſtud officiū pertinet ad ordinē poteſta-
tum. ⁊ factū eſt hͦ officiū per raphaelē in
aſmodeo: q̄ interfecerat ſeptem viros ſa-
re: quē religauit ī deſerto ſuperioris egy
pti: vt ptꝫ Tob. viij. Ex qua hiſtoria duo
poſſum notare. Primū ꝙ accedētes libi-
dinoſe ad cōiugiū fundantes ꝯtrū matri
moniū non in honeſto: ſed delectabili ſic̄
fecerūt illi ſeptē viri ſare: per demonē ſpi
ritualiter ſuffocant̄. Et nota pulchre ad
hoc hiſtoriam Tob. vj. qn̄o raphael dixit
tobie ꝙ oportebat eū accipere ſaram in
vxorē. et cōcluſionē quā ſibi dixit. ſ. Audi
me: et oſtendā tibi: q̄ ſunt q̄bus pōt ꝑua
lere demoniū ⁊c. Et nota ꝯcluſioneꝫ. et tu
caue vt non in coniugio libidini vaces ſi
cut equus et mulus: q̄bus non eſt intelle
ctus. Scðo potes hic notare: ꝙ diabolꝰ
ꝯ quēcūqꝫ hoīem: quantū in ſe eſt recipit
ptātem: ⁊ eā potenter exeq̄ret̄: niſi per bo
nū angelū refrenaretur: et iō adiutorio
bonoꝝ angeloꝝ indigemus: vt nobis aſſi
ſtant: vt nos defendant: et maloꝝ ptātes
repellāt. q: ſm ꝙ dicit Bern̄. ſermone. vij
ſuꝑ cant̄. ſi ſe a nobis boni ſpūs elōgaue
rint: impetꝰ maloꝝ q̄s ſuſtinebit? Pro tā
to ipſe Bern̄. ſermone. xxxix. tractās illud
Cant̄. j. Equitatui meo in curribꝰ pharao
nis aſſimilaui te amica mea. dicit ꝙ aīa
ſctā xpi ſponſa nunq̄ eſt ſine angeloꝝ cu
ſtodia: q̄ eā emulant̄ dei emulatiōe: ſolli-
citi ſuo viro ſeruare: ⁊ virginē caſtam xpo
exhibere. Ergo (inq̄t ipē) angelicis fulta
myſterijs: ⁊ ſuꝑno ſtipata agmine currit
vt caſtroꝝ acies ordinata incedēs. Siˀlis
eſt equitatui meo in curribꝰ pharaonis.

¶ Quintū officiū angeloꝝ circa hoīes eſt
pctōrem repħēdere et ab eo nō diſcedere.
Hoc officiū eſt practicatū Act. xij. ī petro
in carcere exiſtēte ꝑ angelū: q̄ ei aſtitit: et
lumē refulſit in habitaculo carceris: cuiꝰ
latus ꝑcuſſit: ⁊ a ſomno excitauit dicēs.
Surge velociter ⁊c. Jn q̄ hiſtoria habet̄
ꝙ petrꝰ in carcere erat dormiēs iter du-

ꝯs milites vinctus catenis duabus ⁊ ſe-
cundo erāt cuſtodes añ oſtiū:q̄ cuſtodie-
bāt carcerē. In hiſtoria iſta moraľr edo-
cemur.ꝙ petrꝰ in carcere dormiēs eſt pec
cator mala irretitꝰ ꝯſuetudine de q̊ carce
re cupit extrahi Pſ.di. pſ.cxlj. Educ de
carcere(al's de cuſtodia) aīam meam ⁊c.
Scdo milites inter q̊s iacet:ſunt mors ⁊
demon. mors inſidiaꝛ corpi.demon aīe.
Due catene ſunt amor delitiādi:et pudor
reuelādi.Duo cuſtodes obſeruātes ne ex-
eat carcerē:ſunt ꝓ̄ſumptio venie:⁊ ꝯfidē
tia vite. ꝓxime huic ſtat angelꝰ:et eū cor-
ripit ꝑ monitionē.⁊ ꝑcutit ꝑ violentatio
nē di. Surge velociter.ſ.a pctō. Hoc fac̄
angelꝰ nō ſolū blāde ſuadēdo:ſed pctōrē
ꝯſuetū aliqua plaga ꝑcutiēdo:et q̄ſi vio-
lētando.In figurā huiꝰ angeli coegerunt
loth/et vxorē eiꝰ/⁊ duas filias ſuas exire
de ſodomis:et ꝑ manus ipſis diſſimulāti
bus extraxerūt eos.Geneſ.xix.

¶ Sextū officiū angeloꝝ eſt ſuꝑ penitēti
bus gaudere:⁊ gaudiū demōſtrare. Luce
xvj.Gaudiū eſt angel' dei ⁊c. Gaudēt pri
mo ꝓpter ſuū nūerū.ſcdo ꝓpter ſui cuſto
die fructū.ſicut medicꝰ de īfirmo ꝑ eū cu
rato:et p̄ſtine valitudini reſtituto.Et no
tate diligēter:ꝙ mľto magꝭ āgeli gaudēt
de ꝓfectu hoīm poſt xp̄i incarnationem
q̄ ante:qđ demōſtraꝛ nobis ī figura.iij.
Reg.vj.vbi legiꝛ ꝙ ſalomō fecit fieri in
ꝓpitiatorio āgelos:de q̊bꝰ īter alia/legi
mꝰ circa p̄mū ꝙ fec̄ eos de lignis oliuaꝝ.
ſcdo ꝙ habebāt alas expāſas q̄ſi paratas
ad volādū.tertio ꝙ habebāt facies eleua
tas:⁊ mutuo ſe reſpiciebāt.Alteriꝰ nota
te de āgelis: ꝙ tꝑe p̄nti poſt xp̄i incarna
tionē:multo magꝭ gaudēt de ꝓfectu hoīꝫ
q̄ ſi añ. Primo q2 añ erāt circa hoīes duri
⁊ ferrei ꝓpter incōpaſſionē:nūc ꝟo ſunt
de lignis oliuarū.i.ad hoīes miſ̄icordes
⁊ pij.Scdo añ habebāt alas demiſſas:q2
quaſi inuite/⁊ cū difficultate ad hoīes ve
niebāt:ſed mō hn̄t alas extēſas et expan
ſas q̄ſi paratas ad volandū:q2 modo ad
nos cito veniunt.Tertio añ nr̄am naturā
quaſi inferiꝰ et deiectā baſſe reſpiciebant
mō videntes eā in xp̄o ſuꝑ eos exaltatā/
cū magna reuerētia ⁊ honore/cū eleuatis
faciebꝰ:et mutuo ſe reſpiciētibus pre ſue
glie admiratiōe eā intueꝛ ſuꝑ ſe.et oēs
celos eleuatā:et ad p̄ris dexteram collo-
(catā.

¶ Septimū officiū eſt deū ſem-
per laudare ⁊c. Cōtinue eñ deū laudant
Eſa.vj.Seraphin clamabāt ⁊c. Sāctus
ſanctus:ſctūs.Et in p̄fatione.Nō ceſſant
clamare q̊tidie ⁊c.Hic notate ꝙ ex h̊ offi
cio multū circa hoīes ſollicitanꝛ:vt ſimľ
cū eis hoīes deū laudēt.q2 angeloꝝ laus
ſine hoīꝫ laude/nō eſt ꝑfecta. ſm ꝙ pul-
chre declarat Bern̄.ſuꝑ canꝛ.ſmo.lxviij.
tractās illđ pſ.viij.Ex ore īfantiū et lactē
tiū ꝑfe.lau.Vñ inq̇t Bern̄.angelis dabis
mihi infantes et lactētes:q̊rū ex ore lau-
des ꝑficiat deꝰ.āgeli nō hn̄t infantes:hꝫ
eccľia:q̇bus et dicit lac potū vobis dedi:
nō eſcā.et hi ad laudē q̄ſi cōplendā a pro
pheta inuitanꝛ/dicēte.Laudate pue.do.
Tu putas deū nr̄m totā habiturū ſue glo
rie laudē:donec veniat q̇ in ꝯſpectu āge-
loꝝ pſallat ſibi/di.Letati ſumꝰ ꝓ diebus
q̇bꝰ nos hūiliaſti.annis q̇bꝰ vidimus ma
la.Hoc genus laudis nunq̄ angeli niſi ꝑ
hoīes ſciuerūt.Q2 angeloꝝ igꝛ lauſꝑ lau
des hoīm ꝑficiꝛ:idcirco angeli in laudā-
do deū in choro. in pſal. in cātico hoīes
ꝓ̄ueniūt.ſm ꝙ dicit Bern̄. vbi.ſ.ſermo.
vij.eccleſijs dic̄ pſ Preuene. prici.cōiū.
pſallētibꝰ:⁊ hoīes corā āgelis p̄ntibꝰ lau
dāt deū.vñ dđ īq̄t. In ꝯſpectu āge.pſal.
tibi deꝰ meꝰ.īmo etiā ſm ꝙ dic̄ Bern̄. in
ſupradicto ſermone:ipſi inuitant nos ad
deū laudādū/dicē.illud pſ. Pſallite deo
noſtro pſallite. Sic cū celi cātoribꝰ/ inq̇t
Bern̄.laudē in cōi ducētes vt pace ciues
ſctōꝝ et domeſtici dei pſallite ſapienter.

¶ Octauū officiū angeloꝝ eſt aīas ꝓ mer
cede ad celū eleuare.Luce.xvj. Factū eſt
aūt vt moreteꝛ mēdicꝰ:et portareꝛ ab an
gelis in ſinū abrae. In iſta hiſtoria nota
vnū documētū:qđ tibi multū ꝓficiet. nā
ibidē hꝛ ꝙ mortuꝰ eſt diues:⁊ ſepultꝰ eſt
in īferno. Hic debes notare diligenter:ſi
cupis ꝙ aīa tua porteꝛ ab angelis cū mē
dico ⁊c.⁊ nō cū diuite ſepeliaris ī īferno
nā de diuite dꝛ ꝙ mortuꝰ eſt:qđ ſiḡt par-
ticipiū p̄teriti ꝑfecti. de mēdico dꝛ factuꝫ
eſt vt moreteꝛ.qđ eſt ꝟbū p̄teriti impfe-
cti.Diues mortuꝰ erat ꝑfecte:q2 mors ſm
totā latitudinē ſuā/⁊ ſui dn̄ij/occupabat
eū:q2 in corꝑe et aīa:⁊ ſic ꝑfecte mortuus
erat.Mendicꝰ mortuꝰ erat impfecte:q2
mors ſm totale dn̄iū ſuū/eū non poſſide
bat.lꝫ eñ eſſet mortuꝰ in corꝑe:non tñ in
aīa:et ſic impfecte. Facies igiꝛ tu ꝓ tꝑe
mortꝭ tue/ꝙ mortuꝰ ſis impfecte.ſ.ī cor-
pore:et nō in aīa: et tūc tu ab angelis in
ſinū abrae deportaberis cū mendico.

¶ Nonū et vltimū officiū angelorū eſt animas ſibi cōmiſſas cuſtodire ꝛc. de hoc officio in themate dr. Angelis ſuis deus ꝛc. Super quo noto duo magna. Primū magna aīe dignitas. vñ Chryſ. vel Hierony. Magna dignitas animarū: vt vnaqueqꝫ habeat cuſtodē angelum ab initio ſue natiuitat. Scdo magna dei pietas. vñ Bernar. ſuper illud Eſa. lxij. Super muros tuos hieruſalē ꝯſtitui cuſtodes. dicit ſic. Benignus es tu dñe: qui nō es contētus noſtrorū fragilitate morū: ſed ipſi humane cuſtodie etiā angelica ſuperponis auxilia. Hic ſunt fiēde nouē queſtiones ſm nouē officia predicta: et nouē ordines angelorū allegatas circa cuſtodiam angelorū.

Prima ſi chriſtus vel eius anima habuit angelum cuſtodem.
Secunda ſi beata virgo.
Tertia ſi adam in ſtatu innocentie.
Quarta ſi confirmati in gratia.
Quinta ſi pueri in vtero matris.
Sexta ſi antixps habebit angelū cuſtodē
Septima ſi angeli relinquunt hominē ad cuſtodiam ſibi deputatum.
Octaua ſi angeli dolent de dānatione hominis: quem cuſtodiunt.
Nona cū deus ſit perfectiſſimus hominū cuſtos. Job. vij. Quid faciā tibi o cuſtos hoīm. et in pš. Niſi dñs cuſtodierit ꝛc. quare voluit hoīes p angelos cuſtodiri? Reſponde ad oēs iſtas queſtiones ſm ſanctū Tho. in. ij. ſen. et in prima parte ſm ꝙ habes alibi. Et ſic explicit ſermo.

¶ In feſto btī Luce euāgeliſte. Sermo.

Quid tibi videtur. Mat. xxij. verbum ſtatim dictū ꝛc. Dñi mei verbū preſens hꝫ iſtā ſnīam. Imaginor ꝙ hodie eſt perlamētum gratū ſiue colloquium inter deū patrem/et glorioſum ſanctum. Nā deus pater tāꝙ amico ſuo ſpeciali facit ſibi duas queſtiones: ꝛ dicit ſibi. Quid tibi videt?
Prima eſt de mundo.
Scda de gloria paradiſi.

¶ Prima queſtio quā ſibi facit de iſto mūdo miſerabili et tranſitorio: eſt iſta. dicas mihi amice: ecce ego te creaui ad figuram et ſimilitudinē meā: ꝛ in hoc mūdo te poſui: in q̄ diu vixiſti: dic mihi imaginationē tuā purā; cū ipm bñ expertus ſis; q̄d boni ab eo recepiſti? Dñe ſermo tu⁹ veritas eſt. Job. xvij. et veritatē meditabitur guttur meū. Prouerb. viij. Uerum dicā tibi. Iſte mūdus trāſitorius plen⁹ eſt anguſtijs/miſerijs/ꝛ calamitatib⁹: q̄ in eo cōfidit: non habebit niſi triſticiam/miſeriam/dolorē/ et planctū: quapropter relinquēdus eſt.

¶ Facit ſibi aliā queſtionē de glīa paradiſi: ꝛ dicit ſibi. Ad palatiū altiſſimū: qd ab origine mūdi pparaui: te vocaui: vt ibidē eternaliter regnes: dicas mihi ſi ad id ſis bñ diſpoſitus? Et tu mihi dices. Dñe veritatē dico: ꝛ nō mētior. ad Rom. ix. Eſt clarū ꝛ lucidū oī carens tenebroſitate: valde nobile et glorioſum oī hoī cupiēti illuc intrare: quapropter oī mea intētione potētiſſime ꝛ metuēdiſſime dñe: cum intelligo ꝙ tua ſit voluntas: illud cupio poſſidere.

¶ Sed dñi ptractādo rñſionē prime q̄ſtionis ꝛc. de mūdo quomodo eſt plen⁹ amaritudine ꝛc. Domini ſi oculis mentalibus cōſidero: iſte pſens mundus nō eſt ſine labore et dolore triſticia et merore. propter hoc Aug. In hoc mūdo nō timere: nō dolere: nō laborare: nō periclitari impoſſibile eſt. Uñ ſi cōſideramus pncipiū hoīs: ſi reſpiciam⁹ mediū ꝛ finē: totū eſt flet⁹. Nā primū qd facit creatura qñ naſcit: incipit flere. Si eſt maſculus dicit. a. a. ſi femina e. e. ad denotādum ꝙ iā incipiūt in triſticia ꝛ dolore: et totā vitā ſuā habet ducere in amaritudine huius mūdi. propter hoc puerbiū inqt. dicit. e. vel. a. oīs q̄ naſcit ab eua. Si reſpiciamus mediū: q̄s eſt qui vnꝙ duxerit vnā diē bonā? Certe nullus. ppter qd Ezech. Eſa. xxxviij. dicebat. De mane vſqꝫ ad veſperā finies me. Sꝫ in fine reſpiciam⁹ q̄d erit ī morte: niſi dolor et flet⁹. Finis oīm terribiliū mors. phs. Et ſm ſnīam Bern. tāt⁹ ꝛ tā terribilis eſt dolor in articulo mortis: ꝙ cor ſcindit dolore: ꝛ in duas partes diuidit. Ecce quō mūdus ē plen⁹ triſticijs ꝛ anguſtijs. Uis dicere. cōfides in diuitijs: in parētib⁹: in iuuētute: in gñe ꝛ in vana glīa hui⁹ mūdi non cōfidas: qꝛ tranſitoria ſunt: ꝛ vana. Eccl's. j. Uidi cuncta que fiunt ſub ſole: ꝛ omnia vanitas. Et tranſit mundus ꝛ cōcupiſcentia eius. j. Job. ij. Tranſeūt cuncta que feſtiue celebrant. Sꝫ prochdolor ſunt multi: qui iſta non conſiderant: immo ſequuntur vitam miſeram huius mūdi trāſitoriā et fallacem; et dum credunt bene habere

nihil habent: imo ſunt decepti. Ideo conſiderans vitam huius mundi ⁊ miſerum mūdū btūs Aug. in lib. de vita miſera ſic ait ad ꝓpoſitū. O inq̄t/vita p̄ſens vita miſera ꝙ̄ multos decipis: ꝙ̄ multos ſeducis. que cū videris vmbra es: cum fugis nihil es: cum exaltari cupis fumus es. O vita dulcis es ſtultis: amara vero ſapientibus. qui te amant: nō cognoſcunt. q̇ te contēnunt: te intelligunt. hec ille. In ſignum quoꝝ albumazar tractatu. vj. minorꝫ introductorij deſcribit vitā hoīs aliquibus figuris: et primo ad modū hominis tenentis virgā in ſiniſtra manu: thuribulum in dextra: gladiū in pectore. Ubi ſupplico notate de homine.

Primo ſuā naturā valde inſtabilē. q: virgam habet in manu.

Secūdo ſuā altitudinē variabilē. q: thuribulum in manu dextra.

Tertio ſuā ſtaturā nociuā ſeu dānabilē: q: gladium in pectore.

¶ Primo ergo oſtēdit de homine ſua natura ⁊c. vñ ad modū virge nullius ſtabilitatis eſt homo. Et ꝓpter hoc iob. xiiij. Homo natus de muliere breui viuēs tempore repletur multis miſerijs. Qui quaſi flos egre. et conte. et fugit velut vmbra. ⁊ nūꝙ̄ in eodē ſtatu ꝑmanet. q: ſm ꝙ fortuna vult ipſum mutare: mutatur: aliqñ in parte ſuperiori. aliqñ in inferiori. aliquando a dextris: aliquādo a ſiniſtris. lege de fortuna ſm ꝙ ſcis de boetio.

¶ Scd̄o oſtēdit ſua altitudo ruinoſa ⁊ variabilis ⁊c. q: thuribulū ⁊c. Thuribulum em̄ aliqñ aſcendit: aliqñ deſcēdit. Sic homo in hac vita preſenti aliqñ aſcēdit: aliquādo deſcendit. aſcendit ꝑ honores. aliquādo deſcendit per bona opera: aliquādo per amorē aſcendit. aliqñ deſcendit ꝑ odium. aliqñ aſcendit per diuitias: aliqñ deſcēdit ꝑ penuriā. vñ ad modū arboris homo ramos ꝓtendit vſq; ad celū: aliqñ deijcit vſq; ad terrā. Ex quibus oīb⁹ duo poſſumus notare documenta.

Primū ꝙ non eſt confidendū in homine neq; preſumendū quin mundus poſſit deficere. q:. t. e. ⁊. d. pōt.

Scd̄o ꝙ nō ē deſꝑandū quin aliqd̄ bonū poſſumus cōſequi: et eo mediāte bñ viuere; q:. t. e. ⁊ aſcendere pōt.

¶ Tertio dixi ꝙ oñdit ſua ſtatura nociua ⁊c, eo ꝙ habebat gladiū in pectore, Gladius ſignificat mortē: quā homo ſecū defert. nā ſm p̄hm/oīs mot⁹ denoīat a termino ad quē. et iō vita nr̄a tendit ad mortem. Uidens igit iſte glorioſus ſanct⁹: et euāgeliſta ꝙ iſta tranſitoria ⁊ vana feſtinant et tranſeunt et celebrant et in ꝑiculo cōmorant maxime q̄tidie q̄ſtioni ꝑ ieſum xp̄m ſibi facte ſupi⁹ rñdit cu; ꝟitate ſicut prius. mūdus eſt plenus amaritudine ⁊c. ¶ Quantū ad rñſionē quam fecit iſte glorioſus de gloria celeſti: ꝙ eſt clara abſq; tenebris ⁊c. Nec mirū dñi: qm̄ ibi ē claritas eterna. ſ. fili⁹ dei ſup̄ma claritas fugās oēm tenebroſitatē: et ibi ꝑennis leticia regnat. Si q̄ris q̇d ibi ſit vbi tāta realis btitudo ꝑſiſtit: nō pōt ibi eē niſi qd̄ bonū: et qd̄ malū eſt: nunꝙ̄ eſt. Quid inquā bonū eſt. q̇d me interrogas: vide q̇d dicit apl's. j. Cor. ij. Ocul⁹ non vidit: nec auris audiuit: nec in cor hoīs aſcēdit que p̄parauit de⁹ diligentib⁹ ſe. Et iō videns iſte gl'ioſus euāgeliſta iſta tā mirifica et tā pulchra: mūdū contēpſit: et oēm ornatū eius: et gl'ia; paradiſi elegit. quod dicebat rñſio ſcd̄e iterrogatiōis. In qua fine fine viuit et regnat de⁹. Amen. Hic hiſtoriam: et fac finem ſermonis.

¶ In die omniū ſanctoꝝ. Sermo. j.

Merces veſtra copioſa eſt ī celis. Mat. v. c. a

original'r trāſſumptiue in euāgelio p̄ñtis celebritatꝫ ꝟbū ſcribit nūc aſſumptū. Sācta mater eccl'ia hodie ſolēnizat de oīb⁹ ſctīs q̇ ſunt in gl'ia paradiſi: quoꝝ gloria magna: ⁊ btītudo infinita pandit in themate: qm̄ eis dicit xp̄us. Merces vr̄a: nō modica: nō trāſitoria: ſ; copioſa eſt in celis. Pro cui⁹ thematis declaratione introductiua eſt notādū ꝙ ſm p̄hm/quilibet tenet dare mercedē ei: q̇ ꝓ ſe laborat. ⁊ q: ſm ꝙ p̄hus exemplificat: princeps laborat ꝓ tota multitudine: dāda eſt merces ei ab illa. Hec merces nihil aliud eſt ꝙ̄ reuerētia et honor: qui regi a ſubditꝫ eſt exhibēdus. ⁊ iō ſcribit. Tobie iiij. c. Quicūq; tibi aliq̇d oꝑat⁹ fuerit: ſtatim ei mercedē reſtitue: ⁊ merces mercenarij tui apud te oīno nō remanet. qm̄ vt habet in decretꝫ. xiiij. q. v. immolās. Qui defraudat hō ſanguinis eſt. qui effundit ſanguinē et q̇ fraudē facit: neceſſario fra⸗

tres ſunt. Ex q̄bus p̄tȝ et colligit̄ recte: ꝙ ſm iuſticie rectitudinē/ q̄libet tenet̄ pro ſe laboranti dare mercedē. Ad propoſitum deus ꝓmiſit ⁊ dixit ſe redditurū mercedē ꝓ ſe laborantibꝰ. Reddet deus iuſtis mercedē laboꝝ ſuoꝝ. Sap̄.x. Et ſancta mr̄ eccleſia in perſona xp̄i cantat. Sancti mei q̄ in hoc ſeculo certamē habuiſtis: mercedem laborū ego reddā vobis. Quia ḡ xp̄s nō ſolū debito iuſticie: ſed etiā debito ꝓmiſſionis (quia quilibet tenet̄ facere qđ ꝓmiſit) dat et p̄ntat retributiōis mercedem oībus ſanctis q̄ ſunt in gl'ia: nō qualem ipſi merent̄ de condigno: ſed qualem ipſum ⁊ ſuā liberalitatē maximā decet de cōgruo. ſ. mercedē infinitā maximā et copioſam: ⁊ hoc eis offert et p̄ſentat in themate p̄aſſumpto. Merces vr̄a copioſa eſt in celis. qđ fuit thema. In quibus quidē verbis ad laudē et gloriā omniū ſanctoꝝ tria de eis notantur.

Primū ſuum p̄miū qualiter eſt exceſſiuū et equale: q: merces copioſa. iuxta p̄mā thematis partem.

Scđm ſuum officium qualiter eſt cōtemplatiuum cum diuerſitate. in ſcđa parte thematis. ſcȝ veſtra.

Tertiū notatur locus ſanctoꝝ quantū ſit dignus: qđ notat̄ ibi cum đ:. in celis. in tertia parte thematis.

Prima pars.

B ¶ Dico p̄mo ꝙ ī verbis preaſſumptis oſtēdit̄ de oībus ſctīs ſuuȝ premiū qualiter eſt exceſſiuū et equale: q: đ: ꝙ merces eſt copioſa. Pro quo notādū ꝙ valde videt̄ mirū: immo incōpoſſibile ꝙ merces ſanctoꝝ ſit exceſſiua: et excedat meritū eoꝝ: et tn̄ cum illo habeat equalitatē. Pro cuiꝰ declaratione ſciendū ꝙ doctores et ſignāter ſctūs Thom̄. in.ij. ſniarum diſtin.xxvij. arti.iij. et in.ſ.ij.q.cxiiij. articu.iij. mouet dubium vtrum homo in gratia cōſtitutus poſſit mereri vitā eternā ex condigno? Et ex iſta queſtiōe oritur incōueniēs in nr̄a diuiſione. nā ſi aliquis vitā eternā meretur de condigno: tūc erit equalitas inter premiū et meritū: et non erit exceſſus. ſi ṽo non meret̄ de cōdigno tūc erit exceſſus meriti ad p̄miū: et ꝑ conſequēs nō erit equalitas: ⁊ ſic diuiſio erit impropria: et thema quodāmodo falſuȝ. Qđ aūt aliq̄s non mereat̄ vitā eternā de cōdigno: p̄tȝ per illud ap̄li ad Rom̄. in.c.viij. Non ſunt ꝯdigne paſſiones huius tēporis ad futurā gloriā: q̄ reuelabit̄ in nobis. Qz ṽo mereat̄ aliquis eā de cōdigno ꝓbat̄. illud qđ reddit̄ alicui ſm rectā iuſticiā: videt̄ eſſe merces cōdigna: ſed vita eterna reddit̄ a deo ſm iudiciuȝ iuſticie. ſm illud.ij. Timoth.iiij. In reliquo repoſita eſt mihi corona iuſticie. et ſic videtur ꝙ vita eterna datur a deo ſanctis ſm iuſticiā: et ꝑ ꝯñs de condigno. Pro reſponſione huiꝰ queſtionis/ et declaratiōe materie/ eſt notādū ſm ſctm̄ Thomā in.ſ.ij. vbi.ſ. ꝙ opus meritoriū hoīs dupliciter cōſiderat̄. Uno mō ſm ꝙ ꝓcedit ex libero arbitrio. Alio mō ſm ꝙ ꝓcedit ex gr̄a ſpūſſctī. Si conſideret̄ ſm ſubſtātiā operis. ſ. prout procedit ex libero arbitrio: ſic nō pōt ibi eſſe cōdignitas ꝓpter maximā inequalitatē: et ſic erit ibi exceſſus et non eq̄litas: ſed eſt ibi cōgruitas ſm quandā equalitatē proportionis. videtur em̄ congruū vt homini operāti ſm ſuā ṽtutem deꝰ recōpenſet ſm excellentiā ſue ṽtutis. Si autē loquamur de ope meritorio ſm ꝙ ꝓcedit ex gr̄a ſpūſſctī: ſic eſt meritoriū vite eterne de cōdigno. ſic em̄ valor meriti attendit̄ ſm virtutē ſpūſſancti mouētȝ nos in vitā eternā. ſm illud Ioh̄.iiij. fiet in eo fons aque ſalientis in vitā eternā. Attendit̄ etiā preciū opis ſm dignitateȝ gr̄e: ꝑ quam homo cōſors factus diuine nature: adoptat̄ in filiū: cui debet̄ hereditas ex ipſo iure adoptionis. ſm illđ Ro.viij. Si filij et heredes. ⁊ ſic eſt eq̄litas inter p̄miū et meritū. Et ſic p̄tȝ quō eſt eq̄litas exceſſus diuerſimode inter p̄mium et meritum ſctōꝝ qui ſunt in gl'ia. Uel aliter r̄ndetur ſm ſctm̄ Thomā in.ij. vbi.ſ. ꝙ circa iſtā queſtionē ſunt due opiniones. Quidā dicūt ꝙ aliq̄s vitā eternā mereri nō pōt ex condigno: ſed ex cōgruo. Alij dicunt ꝙ ex condigno pōt etiā quis mereri vitā eternā. Mereri ex cōdigno eſt qn̄ inuenit̄ equalitas inter p̄miū et meritū ſm rectā eſtimationē. Ex ꝯgruo aūt qn̄ talis equalitas nō inuenit̄: ſed ſolū ſm liberalitatē dantis munꝰ tribuit̄ qđ dantē decet. Vident̄ autē vtriq̄ quantū ad aliq̄d verū dicere. Cū em̄ duplex eq̄litas ſit. ſcȝ quātitatis: et ꝓportionis. ſm quātitatē equalitatē ex actibus virtutū vitam eternam ex condigno nō meremur. non enim

tantum bonū eſt in quantitate actus virtutum: quantū premiū glorie: qđ eſt finis eius. ſm autē equalitatem proportionis etiā ex cōdigno nō meremur vitā eternā. Attendit aūt equalitas ꝓportionis quādo equaliter ſe hʒ hoc ad illud: ſicut aliđ ad alterum. non aūt maius eſt deo vitam eternā tribuere ꝙ nobis actum virtutis exhibere: ſed ſicut hoc congruit huic: ita et illud illi: et iō quedam ꝓportionis eq̄litas inuenitur inter deū premiantem/et hoīem merentem: dū tamē premiū referatur ad idē genus in quo eſt meritum. vt ſi p̄miū eſt qđ oēm facultatē humane natura excedit ſicut vita eterna: meritū etiā ſit per talē actū in quo fulgeat bonū illi⁹ habitus qui diuinit⁹ infundit deo nos conſignās. Illi tn̄ q̄ dicūt nos ex condigno vitam eternā poſſe mereri: verius dicere vident. Cū em̄ duplex ſit ſpecies iuſticie: vt phus in. v. ethic. dicit. ſ. iuſticia cōmutatiua: et diſtributiua. et cōmutatiua q̄ eſt i cōtractibus vt in venditione ⁊ emptiōe/ reſpiciat equalitatē arithmeticā: que tendit in equalitatem quātitatis. iuſticia vo diſtributiua equalitatem reſpicit geometricā: q̄ eſt equalitas ꝓportiōis. In redditione aūt premij ad merita mag̃ ſeruatur forma diſtributiōis: cū ipſe vnicuiqꝫ ſm opa ſua reddat: ꝙ cōmutationis: cū de⁹ a nobis nihil recipiat: ꝙuis a ſctīs qn̄qꝫ īueniat metaphorice dictū/ ꝙ bonis opibus regnū celoꝝ emit: inquantū de⁹ accipit opa nr̄a vt acceptās ea. ⁊ iō verius dr ꝙ ex condigno merent ſancti dei vitam eternā: q̄ʒ non ex condigno. Ad dictū aūt aplī Rom. viij. Nō ſunt cōdigne paſſiones hui⁹ tēporis ad futurā gloriā. rn̄det ꝙ per iſtud dictū excludit equalitas quātitatis: qꝛ nō eſt tāta acerbitas paſſionū quas ſcti ꝑtulerūt ꝑ xp̄o: quanta merces vel gaudiū future glorie. Et ſic patʒ quō eſt equalitas. ſ. ꝓportionis inter p̄miū et meritū ſanctoꝝ. Sed videam⁹ quō eſt exceſſus p̄mij et mercedis ſctōꝝ ad meritū: qꝛ dr/ꝙ merces eſt copioſa. i. abūdans ſuperexcedēs vel exceſſiua. quod ptʒ ſic. naʒ merita ſctōꝝ qui ſunt in gloria.

Sunt finita in menſura ⁊ magnitudine.

D Sunt finita in numero et multitudine.

Sunt finita in termino et lōgitudine.

Omnia em̄ opera ſctōꝝ/ quantūcūqꝫ magna et virtuoſa/ſunt finita limitata ⁊ terminata: et ſub termino/numero/et magnitudine poſita. iuxta illud. Omnia in menſura et numero et pondere diſpoſuiſti. Sapiē. in cap. xj. Sed merces ſanctorū eſt nimis exceſſiua. nam

Eſt immēſurabilis propter ſui magnitudinem.

Eſt innumerabilis propter ſui multitudinem.

Eſt interminabilis propter ſui longitudinem.

¶ Dico primo ꝙ hec merces eſt immenſurabilis propter ſui magnitudinem. Hec em̄ merces conſiſtit in poſſeſſione illius: cui⁹ magnitudinis nō eſt finis. vt ſcribit in ps̄. cxliij. et in illa beatifica coniūctione diuine eſſentie ad intellectū humanū que quidem diuina eſt eſſentia: eſt quedā veritas ⁊ bonitas infinita. vnde hec merces in ſacra ſcriptura dr magna nimis. Geñ. xv. Noli timere abraam: ego protector tuus: et merces tua magna nimis. vn̄ magnitudo ſiue copia et abundantia huius mercedis figuratur in paulo: qui de ſeipo dicit Act. xxij. Media die ſubito de celo circūfulſit me lux copioſa. Paul⁹ ſignificat quēlibet ſctōꝝ: qui eſt in paradiſo: qꝛ paulus interp̄tat elect⁹ mirabilr: et ſic oēs ſancti qui ſunt in paradiſo: ſunt electi a deo. vn̄ de eis dr Apoc. xvij. Cū illo ſunt vocati et electi ⁊ fideles. Iſti ſemper hn̄t meridiē: qui ſunt in paradiſo. nā recte ſicut eſt meridies qn̄ ſol ſtat in medio inter orientē et occidentē preſentialiter: ita xp̄us qui eſt ſol iuſticie. (vt cantat ſancta mater eccl'ia. Ex te em̄ ortus eſt ſol iuſticie xp̄s deus noſter.) lucet illis qui ſunt in paradiſo magis ꝙ illis q̄ ſunt in hoc mūdo. vbi poſſumus imaginari oriētem: qm̄ hic incipit oriri grā dei: ⁊ magis ꝙ illis qui ſunt in occidente. ſ. in inferno quia illis non lucet per gratiam: ꝑ quam debeant habere gloriā dei: et iſtud eſt qđ dicebat ſctūs Iohānes de ciuitate paradiſi. Apocal. xj. Claritas dei illuminabit eam. Dicit ergo beatus paulus ꝙ media die circūfulſit eum lux de celo copioſa: addandū intelligi: ꝙ illi qui ſunt in paradiſo: habent lucem copioſam. ſ. cognitionē dei: qui eſt lumē intellect⁹: qui ſufficit ad declarationem eorum: quia nihil aliud deſiderant nec optant. et ideo beatus Auguſt. xxij. libro de ciuitate dei cap. vlti. de

paul⁹ interp̄t

2e iuſt.a ſ. comutatiua et diſtributiua

equalitas geometrica

equalitas arithmetica

iſta gaudij abūdantia et copia ita dicit. Quid eſt aliud quod per prophetā dñs dixit. Ero illoꝝ deus:et ipſi erūt mihi plebs niſi ꝙ ego ero vnde ſatietur:ego ero quecūqꝫ ab oibus honeſte deſiderant:ꝛ vita: et ſalus:et victus:et copia: et gloria:ꝛ honor:et pax:et oia bona. hec ille. Intātum ergo eſt magna et copioſa atqꝫ excedens iſta merces ſanctoꝝ:ꝙ ſm ꝙ dicit Augu. ſuſpicari nō pōt:ſed deſiderari pōt. E contrario autē merces mūdi adeo modica eſt vt nūꝗ replere potuerit vnū ſpm̄ humanū. nūꝗ em̄ pecunia impleuit auarū: nec mūdi gloria ambitioſum:nec carnalis laſciuia voluptuoſum. vñ Augu. oēm mundi mercedē quantūcūqꝫ copioſam ꝛ abūdantē egeſtatē appellat dicēs. Oīs copia que deus meus nō eſt:egeſtas mihi eſt.

E ¶ Dico ſecūdo minus principaliter ꝙ hec merces eſt innumerabilis ꝓpter ſui multitudinē. Tot em̄ erūt ibi premia:quot premiati. qꝛ quilibet gaudebit ibi de bono alterius vt de ſuo. vñ Aug. erit ibi in diſpari claritate par gaudiū. Nec mirū ſi i hac vita defectuoſa hō ſocietatem perſone alicuius ardēter dilecte reputat quaſi paradiſum. Quid erit in paradiſo:vbi erit tanta ſocietas beatoꝝ: vbi eſt vna vox letantium:et vnus ardor cordiū. vnde Luc. vj. hec merces dicitur multa. Gaudete (inqt dñs) et exultate: ecce enim merces veſtra multa eſt in celo.

¶ Dico tertio minus principaliter ꝙ hec merces eſt interminabilis ꝓpter ſui longitudinē. Nō em̄ erit merces trāſitoria: ſed eterna. vñ Eccli. xviij. Ne vereris vſqꝫ ad mortē iuſtificari. Si em̄ iuſtū eſt vno die laborare pro victualib⁹ vnius anni:quanto magis iuſtū eſt per totā vitam preſentē laborare ꝓ delitijs mercedis eterne: cui⁹ cōparatione vita preſens nec hꝫ equalitatē:nec quātitatē momēti. vnde merito arguēdi ſunt illi:qui per totam vitam ſuam laborant pro mercede mūdi. Unde ſciēdū ꝙ hec merces ꝑdit tribus de cauſis.

Prima propter pigritiam et ocioſitatē.
Scđa propter incōſtātiam et leuitatē.
Tertia ꝓpter fraudulētiā et malignitatē.

F ¶ Primo ergo ꝑdit hec merces propter ocioſitatē et pigritiā. nō em̄ dat hec merces niſi laborātib⁹ in agro meritorie actionis:qꝛ etiā in hac vita non ocioſi:ſed operarij mercede ſunt digni, iuxta illud Luce x. Dignus eſt operarius mercede ſuā. ꝛ. j. Corinth. iij. dicit apl's. Unuſquiſqꝫ ꝓpriā mercedē accipiet ſm ſuū laborē. Unde q̄ operari in hac vita renuerit; de mercede ſperare nō poteſt. Prouer. xx. Propter frigus piger arare noluit:mendicabit ḡ eſtate ꝛ non dabitur illi. Nota de ſeruo pigro Mat. xxv. O q̄ diligenter debemus laborare in agro dñi:cū ſemper habeam⁹ ſpeculatorē celeſtē deū ſuper celū. vñ Boe. in fine vlti. lib. de cōſola. Magna vobis eſt: ſi diſſimulare nō vultis:neceſſitas indita probitatis:cum ante oculos agatis iudicis cuncta cernentis.

¶ Secundo perditur hec merces propter leuitatē et incōſtantiā:quia nō datur hec merces niſi perſeuerātib⁹ pugnatorib⁹ in bello tentationis. de ſero em̄ et nō in nona: vel in tertia dixit paterfamilias Mathei. xx. Uoca operarios:ꝛ redde eis mercedem. Unde ſeipſos decipiūt qui in mane iuuētutis opus dñi incipiūt:ꝛ in nona virilis etatis:ſeu veſpere ſenectutis operari deſiſtūt:ſperātes ꝓpter laborem quo in iuuētute dño ſeruierūt. vñ. ij. Job. vnico ca. Uidete voſmetipſos ne ꝑdatis que operati eſtis: ſꝫ vt mercedē plenā accipiatis. ſciētes ꝙ oīs qui recedit et nō permanet in doctrina xpi:deū nō habet. vñ Luce. vj. Beati eritis cū vos oderint hoīes: et cū ſeparauerint vos: ꝛ exprobrauerint: et eiecerint nomē veſtrum ꝛc. qm̄ merces veſtra multa eſt in celo:qꝛ quot habuerūt iniuriarum illationes aut tribulationes: tot habebunt mercedes.

¶ Tertio perditur hec merces ꝓpter malignitatē et fraudulentiā:qꝛ nō datur hec merces nō fideliter miniſtrātibus in thalamo deuotionis. Uñ de hypocritis q̄ de opere qđ faciūt: mercedē tēporalem querūt:dicit dñs Mat. vj. Amen dico vobis: qꝛ receperunt mercedē ſuā. Tales ſimiles ſunt guloſis : qui nō pñt expectare fruct⁹ donec veniant ad maturitatē. quibus dicitur. Accede ad ſapientiam:et ſuſti[illegible] bonos fructus illius. Eccli. vj. Sic ergo patꝫ quō premiū ſanctoꝝ ꝛ gloria:quā habent ſancti eſt exceſſiua cū equalitate: vt iā de copia et abundātia mercedis ſanctoꝝ dicamus cantando cum ſancta matre eccleſia. Ecce merces ſanctorū copioſa eſt apud deū. ipſi vo mortui ſunt ꝓ xpo: et viuunt in eternū. Et hec de primo principali: vbi

dixi ꝙ tractarem de omnibus ſanctis de
ſuo premio qualiter eſt exceſſiuum ⁊ equa
le: ꝙ merces eſt copioſa. in prima parte
thematis.

Secunda pars.

B ¶ Dixi ſecūdo principa/
liter ꝙ oſtēditur de oībus ſanctis: q̄ ſunt
in gloria ⁊ ſuū officiū qđ eſt cōtemplatio
quō habeat diuerſitatē. qđ notatur in ſe/
cūda parte thematis. veſtra. Pro quo no
tādū ꝙ officiū ſanctoꝝ: qui ſunt in gloria
paradiſi: eſt deum cognoſcere/laudare/et
amare. Hec eſt vita eterna vt cognoſcant
te ſolū deū verū: ⁊ quē miſiſti ieſum xp̄m.
Joh. xvij. et pſ. lxxxiij. Beati qui habitāt
in domo tua dn̄e: in ſecula ſeculoꝝ lauda/
būt te. Unde Aug. xij. lib. de ciuita. dei lo
quēs de iſto officio dic. Ibi tota virt⁹ erit
videre qđ amas: et ſumma felicitas ama/
re qđ videas: et ibi beata vita: ibi veritas
viſionis clariſſime aperit. Et ſic pȝ ꝙ offi
ciū ſanctoꝝ: qui ſunt in gloria: eſt deū co/
gnoſcere ⁊ laudare: ſed hoc eſt cū diuerſi/
tate. nā ſancti nō oēs equaliter deū cogno
ſcunt. Sed videt ꝙ oēs debeāt equaliter
cognoſcere. nam ſcribitur Mat. xx. Uoca
operarios: ⁊ redde eis mercedē. et ſequit.
Acceperunt ſingulos denarios. denarius
aūt ſignificat aliquid qđ oēs cōiter habe
būt. Scđo videtur ꝙ premiū eoꝝ/et mer
ces eoꝝ/ſit equalis: et nō diuerſa. Reſpō/
detur ſm ſanctum Tho. in. iiij. di. xlix. ar.
iiij. q. ij. in corpore. ꝙ cū beatitudo in ope
ratione cōſiſtat: gradus btītudinis eſt at
tēdēdus ſm gradus perfectionis in ope
rando. Perfectio aūt operationis in qua
conſiſtit felicitas: ex duobus pēſatur. ſ. ex
parte operātis: et ex parte obiecti. Unde
phs dicit. x. Ethicoꝝ/ꝙ perfectior opera/
tio eſt: que eſt potentie altiſſime nobiliſſi
mo habitu perfecta. qđ eſt ex parte operā
tis reſpectu nobiliſſimi obiecti. Obiectū
aūt in quo cōſiſtit beatitudo: eſt omnino
vnū ⁊ idē. ſ. diuina eſſentia: ex cuius viſio
ne oēs erūt beati. Un̄ ex hac parte nō erit
aliquis gradus in btītudine: ſed ex parte
operātiū operatio nō erit eodē modo per
fecta: qꝛ ſm ꝙ habitus perficiens opera/
tionē predictā. ſ. lumē glorie/erit pfectior
in vno q̄ in alio: ſm hoc pfectior erit ope
ratio ⁊ delectatio maior. et ſm hoc nō in
eodem gradu beatitudinis erūt oēs bea/
ti: immo diuerſimode. Ex quo ſequitur ꝙ
inter oēs ſanctos/qui plus habebit de lu
mine glorie: que infundit ſm maiorē vel
minorē charitatē: plus habebit de chari/
tate: et qui plus habuerit de charitate in
hac vita: plus habebit de gloria in alia. ⁊
qꝛ cōſtat ꝙ beata virgo poſt xp̄m/habuit
maiorē charitatē q̄ quicūqȝ angelus/vel
alius ſctūs: ideo maiorem gloriā cunctis
alijs habet: ⁊ deinde ſancti martyres: qui
maximā charitatē habuerūt. qꝛ maiorem
hac dilectione nemo habet q̄ vt aīam ſuā
ponat quis ꝑ amicis ſuis. Joh. xv. Et ſic
poſſumus gn̄aliter cōcludere ꝙ inter an/
gelos ⁊ ſanctos ſunt gradus diuerſitatis
glorie/ſm gradus charitatis. Cui⁹ ratio
eſt: quia vbi eſt pluralitas vel multitudo:
opȝ ꝙ ſit diuerſitas inter pſonas illi⁹ mul
titudinis: mō in paradiſo eſt magna mul
titudo. nā vidit propheta daniel: ꝙ milia
miliū miniſtrabāt ei: et decies centena mi
lia aſſiſtebant ei. Dan. vij. et tamē oēs iſti
erāt angeli. et ad hoc debēt ibi eſſe tot ho
mines quouſqȝ cōpleatur numerus ex ca
ſu demonū diminutus. vt dicit magr̄ ſen.
in. ij. diſt. ix. c. non em̄ ⁊c. vnde neceſſaria
eſt ibi diuerſitas: et iđ ſicut eſt diuerſitas
meriti inter eos: qꝛ non oēs ſunt equalis
meriti: ita erit diuerſitas pmij: qm̄ lȝ oēs
videant diuinā eſſentiā: plus tn̄ ⁊ maiorē
cognitionem habebūt illi qui in hac vita
fuerūt maiores in opere. et ideo dicit apo
ſtolus. j. Coꝝ. xv. Stella a ſtella differt in
claritate. ſic ⁊ reſurrectio mortuoꝝ. Unde
Grego. iiij. moral. ita dicit. Qm̄ electis in
hac vita eſt diſcretio operū: in alia quoqȝ
vita erit diſcretio dignitatum: vt quo hic
alius aliū ſuperat: illic alius aliū retribu
tione tranſcendat. et q̄uis in iſta retribu
tione dignitas eadē nō ſit vna: tn̄ oīb⁹ vi
ta beatitudinis erit. Sic ergo ptȝ glorie
eoꝝ magna diuerſitas: qꝛ intātū vnus ha
bet plus q̄ alius maiorē dignitatē: quan
tū plus cognoſcit: ⁊ clarius videt diuini/
tatē. Et iſtud demonſtratum eſt in quadā
viſione cuidam viro ſancto. require in flo
ribus ſanctoꝝ in fine hiſtorie huius feſti.
ſicut em̄ ei videtur corporaliter vnus aliū
precellit: et ideo dicit beatus Aug. ꝙ erit
in diſpari claritate par gaudium. Gaudi/
um quippe par erit: quia vt dicit magiſter
iiij. ſen. di. xlix. de q̄buſcūqȝ gaudebit vn⁹:
et omnes gaudebūt. Et ſic patet ſatis de/

ductũ quomodo ſancti in gloria habẽt diuerſos gradus glorie / ſm diuerſitatẽ graduum meriti. et hoc eſt quod dicebã in ſecunda cõtẽplatione: ꝙ tractarem de omnibus ſanctis de ſuo officio quod eſt contẽplatio qualiter habet diuerſitatẽ: cũ dicit. veſtra. in ſcda parte thematis. Et hec de ſecundo principali.

Tertia pars.

D ¶ Sed dixi tertio principaliter ꝙ tractarẽ de oĩb⁹ ſctĩs de ſuo loco ꝛc̃. in tertia pte thematis. Pro quo notandũ ꝙ celũ eſt locus glorie: nõ locus neceſſitatis: ſed locus congruitatis. Patet hoc: qm̃ alibi ꝙ̃ in celis deus poteſt dare paradiſum cuilibet: immo in inferno. nã xp̃s exiſtens in cruce dixit latroni. Amen dico tibi: hodie mecum eris in paradiſo. Luc. xxiij. ſed conſtat ꝙ xp̃s protunc non erat in celis: nec fuit vſq; ad diem aſcẽſionis. Aſcendit ſuper omnes celos. Epheſ. iiij. Sed quia latro vidit diuinã eſſentiã in inferno: ideo habuit paradiſum. ꝛ ideo vbicunq; videtur deus: ibi eſt paradiſus. Et ſic patet ꝙ celum empyreum nõ eſt locus glorie ex neceſſitate: ſed ex congruitate. Ratio autẽ huius congruitatis poteſt eſſe iſta. nam ſm pħm in. iiij. Phyſ. Locus et locatum debẽt proportionari. ꝛ qꝛ deus eſt puriſſimus et incorruptibilis: iõ locus vbi ipſe eſt per gloriã: debet eſſe puriſſimus et ĩcorruptibilis. Valde indecẽs eſſet ꝙ res mũda collocaretur in loco immundo: ꝛ res incorruptibilis in loco corruptibili: et quia celum eſt purũ mũdum et incorruptibile: talis locus decet deũ et ſanctos eius pro loco glorie. vnde ſcribit̃ in pſ̃. x. Dñs in templo ſancto ſuo: dñs in celo ſedes eius. Celum enim habent ſancti pro hereditate ꝛ loco proprio ꝛ cõgruẽti glorie. Unde beatus petrus. j. Petri. j. c. Benedictus deus et pater dñi noſtri ieſu xp̃i qui ſm mĩam ſuã magnam / regenerauit nos in ſpem viuam per reſurrectionem ieſu chriſti ex mortuis in hereditatẽ incorruptibilẽ incontaminatam ꝛ immarceſſibilem conſeruatam in celis. Et ſic patent tria de ſanctis declarata.

Primo de ſuo premio qualiter eſt exceſſiuum cum equalitate.

Secundo de ſuo officio quod eſt contemplatiuum cum diuerſitate.

Tertio de ſuo loco qui dignus eſt cum cõgruitate. Et ſic explicit ſmo. Deo grãs.

¶ In eodẽ feſto oĩm ſanctoꝝ. Sermo. ij.

BEati qui habitant in domo tua dñe. pſ̃. lxxxiij. originaliter: recitatiue aũt in officio matutinali hodierne feſtiuitatis verbum ſcribitur preaſſumptũ. Sancta mater eccleſia ſolennizat et feſtiuat hodie de oĩbus ſanctis: qui ſunt in gloria paradiſi qui vidẽt deũ facie ad faciẽ: in cuius viſione cõſiſtit eorũ gloria ſiue beatitudo: quã inſinuat pſ̃. in verbo preaſſumpto / dicẽs. Beati qui ꝛc̃. Pro cuius thematis declaratione introductiua: vt aliquid de ſumma beatitudine / quaſi balbutiẽdo dicamus: eſt notandum / ꝙ diuerſi de ſumma beatitudine vel felicitate locuti ſunt. Nã tres ſunt ſecte pħoꝝ: qui de beatitudine locuti ſunt: ſed cum errore. A

Primi epicurei.

Secundi ſtoici.

Tertij peripatetici.

lior adonia. Sic multi frequenter eligunt
minus idoneos moti affectione inordina
ta. qꝛ vt dicit Sene. tūc perditꝰ iudiciū: cū
res tranſit in affectū. Sed deus nō elegit
niſi purū ſanctū et dignū: vt superiꝰ dictū
fuit. Jn hoc enī ꝙ xp̄s beatū. N. elegerit:
oſtenditur ſua dignitas. ideo de eo poſſu/
mus dicere illud ps. lxiiij. Beatus quē ele
giſti: et aſſumpſiſti: habitabit in atrijs tu/
is. ſ. in gloria paradiſi. Ad quam gloriam
nos perducat xp̄s. Amen.

¶ Pro vno confeſſore pontifice. vel dn̄ica
xxiij. poſt trinitatem. Sermo

A **Ece ꝑnceps vnꝰ** Mat.ix. Reuerēdi dn̄i ꝓut in ſacra ſcriptura recitat̄: ⁊ hoc idē ꝑ doctores ꝯfirma tur: aliquis pōt dici eē prin ceps merito: et ſimilis principi qn̄ habet in ſe tres conditiones. videlꝫ

Si habet ſciētiam: qua ſciat populum gu bernare.

Si habet iuſticiam: qua poſſit maleficos emendare.

Si fugit auariciam: et ſcit ſua liberaliter erogare.

¶ Prima clauſula ſic declaratur. dicit que dā glo. ſup illud Sap. vj. Cōcupiſcentia ſapiētie deducit ad regnum perpetuū. q: tūc bene regit̄ reſpublica: cū phi regnāt: et reges philoſophant̄. Et rationē reddit ille Vegetiꝰ in lib. de re militari: qui dicit Nullus eſt quē oporteat vel plura vel me liora ſcire: ꝙ̄ principē: cuiꝰ doctrina dꝫ oībus ꝓdeſſe ſubditis. Jō dicit Ariſto. in li bro topic̄. ꝙ nemo eligit iuuenes duces: eo ꝙ nō cōſtat illos eſſe prudētes. qm̄ rex ſapiēs populi ſtabilimentū eſt. vt dicitur Sap. vj. Vn̄ legit̄ in hiſtorijs romanorū: ꝙ rex romanus amicabiliter ſcribēs regi francoꝝ hortatꝰ eſt eū vt filios ſuos libe ralibus diſciplinis inſtrui procuraret: di. ꝙ rex illitteratꝰ eſt q̄ſi aſinus coronatus. De hoc habemꝰ exēplū in ſacra ſcriptura Deut̄. j. vbi legit̄: cū populꝰ iſrael iret per deſertū: ⁊ trāſiret iordanē: ac totā illā ter rā ſubiugaſſet: dixit moyſes ad ppl'm. q: dn̄s deꝰ veſter multiplicauit vos: et eſtis hodie ſicut ſtelle celi/plurimi: q: nō valeo ſolꝰ negocia vr̄a ſuſtinere et pōdus ⁊ iur gia: date ex vobis viros ſapientes ⁊ gna ros: quoꝝ cōuerſatio ſit ꝓbata in tribubꝰ veſtris: vt ponā eos vobis principes. Ap paret igitur prima clauſula.

¶ Scōa ſic declarat̄. Sap. j. habet̄. Dili gite iuſticiā q̇ iudicatis terrā. Ex quo ptꝫ ꝙ princeps debet eſſe iuſtus. et hoc nulli qd̄ ſuū eſt auferēdo: nec auferri permittē do: furta cohibēdo: ⁊ mala puniēdo. q: vt dicit Hiero. ſup Hieremiā: ⁊ recitat̄ in de cretis. xxiij. q. v. c. regū. Regum officiū eſt propriū facere iudiciū atqꝫ iuſticiam: ⁊ li berare de manu calūniātiū vi oppreſſos: et peregrinos pupilliſqꝫ ⁊ viduis: qui fa cilius opprimuntur a potentibus: prebe re auxiliū. hec ille. Talis erat ille traianꝰ princeps romanoꝝ: de quo legit̄ ꝙ cū fili us ſuus indomitū equū equitaret: cū pe dibus equi filiū cuiuſdā vidue paupcule interfecit. iō eidē vidue ſibi cōquerenti fi liū ſuū ꝓ filio illiꝰ vidue mortuo dedit: vt ſibi ſeruiret loco illius. De hoc habemus exēplū. ij. Paral̄. xix. vbi legit̄/ ꝙ cū ioſa phat rex iuda veniſſet ī hierl'm: ꝯſtituit ibi iudices ⁊ principes terre: dicēs ⁊ ꝑcipiēs eis. Videte q̇d faciatis. nō em̄ hoīs exerce tis iudiciū: ſed dn̄i: et quodcūqꝫ iudicaue ritis: in vos redūdabit. Sit timor dn̄i vo biſcū: et cum diligētia cūcta facite. Nō eſt em̄ apud dn̄m deū noſtrū iniquitas: neqꝫ perſonarū acceptio. Apparet igitur ſecun da clauſula.

¶ Tertia clauſula ſic declarat̄. ꝑnceps em̄ dꝫ oībus ꝓdeſſe: ⁊ dꝫ eſſe oībus amabilis: ideo opꝫ ꝙ ſit largus et liberalis. q: dicit Prouer. xix. Diuitie erogate addent ami cos plurimos. Et vt dicit Tullius li. ij. de officijs. c. xviij. Largitas facit eē ꝑncipes amabiles/et famoſos/et claros. Talis le gitur fuiſſe ille titus imperator romanoꝝ: prout legit̄ in policrato lib. iij. c. xiiij. qui ſibi ſtatuerat ne accedētē ad eū gratia po ſtulādi/ſine re vel ſine ſpe habendi dimit teret. Et interrogatꝰ ab inimicis cur plu rima pollicitaret̄ ꝙ̄ preſtare poſſet. Rn̄dit q: nō decet quēq̄ a ſermone principis tri ſtem diſcedere. Etiā quodam die recorda tus ꝙ tota illa die nihil dediſſet: gemens dixit. O amici hūc diē perdidi. Et de hoc etiā habemus exēplū Exo. xviij. vbi legit̄/ ꝙ Jetro cognatꝰ moyſi vidēs ꝙ nō pote rat ſuſtinere moyſes ſolus ad iudicanduꝫ populū: dedit ſibi cōſiliū vtile dicens. pro uide de oī plebe viros ſapiētes (al's potē tes) glo. i. ſapientes. ecce primū. timētes deū: in quibꝰ ſit veritas. ecce ſcōm. et qui oderint auariciā. ecce tertiū. et cōſtitue ex eis tribunos ⁊ centuriones et quinquage narios: et decanos: qui iudicēt populū oī tempore. glo. principes appellauit tribu nos. Apparet tertia clauſula: et ꝑ ꝯn̄s to ta regula preaſſumpta.

¶ Modo predicta noſtro propoſito appli cando: beatus. N. habuit predictas prin cipis tres excellentias. videlꝫ B

Primo ſcientiam veritatis.

Scōo iuſticiam equalitatis.

Tertio frequentiam liberalitatis.

¶ Primo dico ꝙ habuit perfecte ſciētiam
cū qua populū xpianū inſtruxit. Quod ſic
declarat̄. dr̄ Eccli. xxxvij. Uir ſapiēs plebē
ſuā erudit. vbi dic̄ glo. rector erudit plebē
ſibi cōmiſſam v̄bo ⁊ exēplo. Et fuit eiꝰ pre
dicatio laudabilis. q2 dr̄ Prouer. j. Audi-
ens ſapiēs ſapiētior erit. Btūs. N. p̄dica-
uit alijs virtutem ſacre ſcripture: ⁊ in fide
xpiana inſtruxit multos: ⁊ ꝯuertit ⁊c̄. Dic
ſicut habes in eius legēda. iō pōt figura-
ri per dauid de quo. ij. Regū. xxiij. Dauid
ſedēs in cathedra ſapientiſſimus. Per da
uid q̄ manufortis dr̄: intelligit̄ btūs. N. q̄
Fortiter cū infidelibus diſputauit. legerat
em̄ illud verbū dicētis. Sapientia
eſt non eloquia dei ſcire: ſed ſm eloquia
dei viuere.
¶ Scd̄o dixi ꝙ fuit ī eo iuſticia. Qd̄ ſic de
clarat̄. glo. ſuꝑ illo verbo Mat. v. Btī qui
eſuriunt ⁊ ſitiūt iuſticiā. dicit ſic. Juſticia
eſt reddere vnicuiqꝫ qd̄ ſuū eſt. ſ. proximo
pietatē: ſubiectionē v̄o deo. Ex quo appa
ret ꝙ iuſticia conſiſtit primo in hoc ꝙ red
damus pietatem et mīam primo. ita dici
tur Prouer. xj. Semināti iuſticiā merces
fidelis. ſemināti iuſticiā. i. mīam pauperi
tribuenti dabit̄ merces fidelis. glo. i. in ce
lis retributio eterna. Hāc habuit beatus
N. ſicut pꝫ in eius legenda ⁊c̄. Et ſic poſſu
mus de eo dicere illud pſ̄. cxj. Diſꝑſit de-
dit pauperibus: iuſticia eius manet in ſe-
culū ſeculi. Scd̄o dixi ꝙ iuſticia cōſiſtit in
hoc ꝙ reddamus deo ſubiectionem ⁊ obe
dientiā. de hoc dr̄. ij. Macha. ix. Juſtū eſt
ſubditū eſſe deo. Hanc iuſticiā habuit. N.
q2 nō ſolū ſeruauit mādata: immo etiā et
xpi cōſilia: iō potuit dicere illud Prouer.
viij. Jn vijs iuſticie ambulo. Apparet er-
go ſcd̄m. ſ. qualiter btūs. N. fuit iuſtus: et
que iuſticia in eo fuit quoad proximum: ⁊
quoad deum.
¶ Tertio dixi ꝙ habuit liberalitatē: et fu-
git auariciā. Qd̄ ſic declarat̄. Sene. in li.
de beneficijs dicit ſic. Nō eſt liberalis ali-
quis ex hoc ꝙ aliquid ſibiip̄i donat. Ergo
per oppoſitū ex hoc aliq̄s dr̄ liberalis: qui
ſua alijs donat. Et iō q2 liberalitas eſt pn
cipiū dationis: non ꝑtinet ad liberalē: ꝙ
ſit prōptus ad recipiēdū: et multo minus
ad petēdū. q2 vt dicit ph̄s in. iiij. ethicoꝝ.
ad liberalē pertinet eſſe emiſſiuū. Un̄ eti-
am bene liberalitas alio noīe largitas no
minat̄. q2 largū nō eſt retētiuū: ſed emiſſi
uū. Modo beatus. N. oīa bona ſua diſtri
buit ⁊ cōicauit. q2 bona t̄palia pauperibꝰ
erogauit. corpus ſuū ꝓ xpo pnīe et labori
bus ac ꝑſecutionibꝰ expoſuit. Dic ſicut ha
bes in eius legenda. Apparet ergo ꝙ fuit
liberalis. merito ergo pōt dicere illud Jo
hā. xvij. Oīa q̄ dediſti mihi dedi eis. Con-
cludamus ergo ſic introductionē. Habēs
in ſe p̄ncipis cōditiones: dꝫ princeps ap-
pellari: ſed btūs. N. habuit in ſe tria p̄di-
cta principi conueniētia. ergo nō immeri
to dicit thema de eo. Ecce princeps vnus.
Jn quibus verbis duo notantur.
Primo ꝙ deus contulit ſibi excellentē di-
gnitatem: quia dicit. princeps.
Secūdo ꝙ ipſe habuit cū deo gratioſam
vnitatem: quia dicit. vnus.
¶ Quātum ad primū eſt ſciēdū ꝙ ſubditi
debent defendi ꝑ dn̄m vel principē. Et rō
eſt. q2 dicit btūs Amb̄. in li. de officijs / ꝙ
ille q̄ defendēdo nō repellit iniuriā proxi-
mi ſui ſi pōt: in pctō eſt: ſicut ille q̄ facit in
iuriā. et ponit̄ expreſſe in decretis. xxiij. q.
iij. c. nō inferēda. Nō inferēda: ſed depellē
da iniuria lex virtutis eſt. ⁊ ſequitur. Qui
em̄ nō repellit a ſocio iniuriā ſi pōt: tā eſt
in vitio: ꝙ̄ ille q̄ facit. Et huius figurā po
nit decretū allegatū de moyſe: qui cum vi
diſſet quēdam hebreū manifeſte ſuſtinere
magnā iniuriam a quodā egyptio: qui nō
erat de lege ſua: nolēs illā ſuſtinere: ſtatiꝫ
interfecit illū. Et ecce q̄d ex hoc fuit ſecu-
tū. ꝙ dn̄s vidēs ꝙ moyſes ita zelare cepiſ
ſet ꝓ ppl'o ſuo: ⁊ ita defendebat illū: cōſti
tuit eū rectorē ⁊ gubernatorē ſiue p̄ncipē
ppl'i ſui. Sequit̄ igit̄ ex p̄dictis: ꝙ ille me
retur eſſe princeps: q̄ ſcit et pōt ſubditos
defendere et vindicare. Un̄ legit̄. j. Reg.
viij. ꝙ populus iſrael ſamueli clamabat.
Cōſtitue nobis regem: qui bella nr̄a expu
gnet. Modo btūs. N. habuit hec. et quia
nos ꝓtegit: ⁊ defendit ab inimicis ſp̄uali
bus: ergo merito pōt dicere illud Joſue
v. Sū princeps exercitus domini. Et hoc
quantum ad primum.
¶ Quātū ad ſcd̄m eſt ſciēdum / ꝙ hō effici
tur vnū cū deo ꝑ mentis integritatē. Rō
eſt. cordis eniꝫ diuiſio eſt ſignum mortis.
Oſee. x. Diuiſum eſt cor eoꝝ: nūc īteribūt.
Proculdubio ꝙ̄diu res eſt vna: tādiu du-
rat et hꝫ eſſe. vn̄ Boe. lib. iij. ꝓſa. xj. Un̄
eſt indiuiſum in ſe ⁊ diuiſum a quocunqꝫ
alio. Et iō cū charitas ſit eſſe ⁊ vita hoīs:

et ideo habet et eſt cauſa vnionis:et eſt cā
quare beatus. N.fuit deo vnitus p amorē
et charitatem.quod probat beatus Aug.
Charitas eſt duo aliqua copulans: vel co
pulare appetens.amantē.ſ.ꝛ amatū.qua
liter iſte ſanctus. N.habuit:ita clare patꝫ
in eius hiſtoria:quia cum xpo regnat ꝛ in
eius gloria . Ad quam ipſe filius dei nos
perducat. Amen.

¶ Pro trāſlatione alicuius ſctī. Sermo.

A PLacuit deo et
tranſlatus eſt. Eccli. xliiij.
Iuxta ſcripture veritatem
ponit̃ talis ꝓpoſitio. Pro
pter tria aliqs placet deo.
videlicet
Primo ſi cauet a pctō:et viuit ſinceriter.
Scđo ſi fugit vanitatē:ꝛ viuit humiliter.
Tertio ſi compatitur proximo: et ſibi ſuc-
currit miſericorditer.

¶ Prima clauſula ſic declaratur autorita-
te ſacre ſcripture. Scribitur Prouer. xij.
Qui fideliter agunt placēt deo. Exemplo
etiam patet Gene.v.vbi legitur ꝙ poſtꝙ
enoch.ccclxv.annis vixiſſet in innocentia
et ſimplicitate:et ambulaſſet cū deo: ſubi
to non apparuit: quia tulit eū dn̄s in pa-
radiſum voluptatis.Ideo dicit̃ de eo Ec-
cli.xliiij.Enoch placuit deo:et tranſlatus
eſt in paradiſum.Et hoc quātū ad primū.

¶ Scđa clauſula declaratur autoritate et
exēplo. Autoritate ꝓbat̃ Iudith. ix. Nec
ſuperbi placuerūt tibi ab initio.Et etiam
dicit Hiero. in quadā epiſtola. Nihil eſt
qđ nos ita gratos deo ꝛ hoībus faciat:ſi-
cut ſi vite merito magni: humilitate infi-
mi ſimus.hec ille.Exēplum habemus Iu
dith.xiiij. de illa ſancta dn̄a Iudith. cum
eſſet per inimicos ſuos obſeſſa in ciuitate
betulie:q: deo ſe humiliauit affligēdo cor-
pus ſuū ieiunio ꝛ cilicio:iō eā deus de ini
micis liberauit. vnde ipſa dicit vt habet̃
eodem cap̄.Humilium et manſuetoꝝ ſem
per tibi placuit deprecatio.Apparet igit̃
ſecunda clauſula.

¶ Tertia clauſula ſic declaratur autorita
te et exēplo. Autoritate ꝓbatur Prouer.
xxj.vbi dr.Facere miām ꝛ iudiciū:magis
placet dn̄o ꝙ victime.Exēplū habem⁹ Ge
neſ.xix.vbi legitur/ꝙ loth ideo q: tenuit
hoſpitalitatē:ꝛ recipiebat libēter omnes
peregrinos:ideo fuit liberatus de ſubuer
ſione ſodome. vnde dic̄ apl's ad Heb.xiij.
Fratres hoſpitalitatem nolite obliuiſci.
per hāc em̄ placuerūt quidā angelis hoſ-
pitio receptis.Apparet igitur tertia clau
ſula:et per ꝯn̄s tota regula preaſſumpta.

¶ Modo predicta nr̄o ꝓpoſito applican
do:btūs. N. habuit predicta tria cōplete
qui hodie tranſlatus eſt.videlꝫ
Primo vixit innocenter.
Scđo conuerſatus eſt humiliter.
Tertio cōpaſſus eſt ꝓximo miſicorditer.

¶ Primo dixi ꝙ vixit innocēter et ſancte.
Et hoc q: habuit ſcientiam veritatis: ꝛ il
lam ignorātes docuit: et deum timere:et
amare:et abſtinere ab oī peccato. Tob.ſ.
Nō docuit ſciētias gētiliū:nec mūdanas:
aut fabuloſas:ſꝫ dei ſcientiā.q: oīa q̄ xp̄s
dixit ꝛ fecit ꝛ predicauit.q: talia ſunt no-
bis via perueniēdi ad ip̄m.Dic qualiter ꝛ
qđ p̄dicauit ꝛ docuit verbo ꝛ exēplo:ſicut
habes in ei⁹ legenda. ꝓpter qđ de eo pōt
dici illud Mat.xxij.Magr̄ ſcimus q: ve-
rax es:ꝛ viā dei in veritate doces.

¶ Dixi ſcđo ꝙ habuit virtutē hūilitatis.
Rō eſt. Videm⁹ manifeſte ꝙ ſm motū ſu
perioꝝ/inferiora mouentur.ſicut planete
ab oriente in occidentē feruntur motu fir
mamenti. Similiter omnia mēbra corpo
ris cordi ſubduntur.Cū ergo deus ſit ma
ior:et dn̄s oīm creaturarū:et ipſe fuit hu-
milis: ac etiam dedit nobis exemplū hu-
militatis. quod patet Mat.xj. Diſcite a
me:q: mitis ſum ꝛ humilis corde.Iō bea
tus.N.volens ipſum imitari : fuit humi-
lis.Dic ſicut habes in eius legenda ſigna
humilitatis.propter quod de ſe poteſt di
cere illud pſ.cxiij. Humiliatus ſum:et li
berauit me.

¶ Dixi tertio ꝙ fuit cōpaſſus ꝓximo. Ra
tio eſt. q: ille eſt verus cōpatiēs:qui dolo
rē ac infirmitatē et periculū alteri⁹ ſentit
et iuuat. q: vt dicit btūs Greg. in quadā
home. Cōpaſſio eſt cū malum inopie pro
ximi ſuſcipere non metuimus: vt eum li-
beremus.hec ille. Sed btūs.N.iuuit pro
ximum ꝛc̄.igitur habuit proximi ſui com
paſſionē: vt merito poſſit dicere illđ Iob
xxx. Flebam quōdā ſuper eo qui afflictus
erat:et cōpatiebatur aīa mea pauperi.Ex
antedictis igitur.ſ. ex maiori ꝛ minori cō
cludat̃ thema . igit̃ placuit deo ꝛ trāſlat⁹
eſt.que ſunt verba thematis . Cetera p te
vide:et adapta propoſito tuo.

¶ De vna virgine: Sermo.

a Veſiui eā mihi
ſpōſaȝ aſſumere. Sap. viij
Prout reperio in ſacra ſcri
ptura: illa q̄ vult eſſe ſpōſa
xp̄i: debȝ habere quattuor
bonas excellentias ſuper alias mulieres
ſcȝ ad modū virginis matris ieſu xp̄i.

Primo ſapientiā: qua ſuū corpus conſer
uet in omnimoda puritate.

Secūdo pulchritudinē abſq; omni defor
mitate.

Tertio honeſtatē ſine reprehenſione.

Quarto humilitatē cū feruēti deuotiōe.

¶ Primo dixi ꝙ ad modū ꝟginis glorio-
ſe/debet habere prudentiā cuſtodiendo
ſuā virginitatē: quia prout dicit Hieron̄.
ī epl'a ad demetriadē ꝟginē: ꝟginitas eſt
theſaurus impreciabilis: et irrecuperabi
lis poſtq̄ eſt amiſſus. Ut ergo virgo ſit
deo grata: debet habere integritatē car-
nis. aliter non haberet ſeu acciperet co-
ronā regie dignitatis. Ideo qn̄ ep̄s cōſe
crat virgines: nō intendit corruptas do-
mino conſecrare ſeu deſponſare: ſed ſolū
puellas virgines. q2 ſi corrupte ſunt: non
tenet mr̄imoniū. iō tales repudiat ⁊ odit
et p̄cipit Deut̄. xxij. ſi nō eſt in puella in-
uenta virginitas eijcient eam extra fores
domꝰ patris ſui: ⁊ lapidibꝰ obruent eaȝ.
Et xp̄s vult ſponſaȝ ſuā cauere ne habeat
noticiā vel conſortiū hoīm: ad modū illiꝰ
rebecce de qua d2 Gen̄. xxiiij. *Ecce rebec-
ca egrediebat̄ puella decora nimis ꝟgoq;
pulcherrima et incognita viro.* Talē em̄
xp̄s diligit: et in ſponſam aſſumit. et hoc
eſt qđ dicit beda ſuper lucā. Chriſtus de
virgine natus eſt: vt ſe virgineū decꝰ dili
gere oſtenderet. Et in huius rei ſignū/ele
git virginē matrē: virginē precurſorē: vir-
ginem diſcipulū familiarem. Apparet igi
tur prima clauſula.

¶ Secūdo dixi ꝙ ad modū virginis vult
ꝙ habeat pulchritudinē ſpūaleȝ. ita dic̄
apl's. j. ad Cor. vij. Uirgo cogitat que do
mini ſunt vt ſit ſancta corpe ⁊ ſpū. Et ra
tio eſt: q2 pulcher ſponſus debet habere
ſpōſam ſpecioſam: ſicut ptȝ de dauid: qui
erat pulcher ⁊ vultu decorꝰ: q2 interp̄tat̄
vultu deſiderabilis: iō accepit ſponſam
abigail: de q̄ d2. j. Reg. xxv. Erat abigail
mulier prudētiſſima ⁊ ſpecioſa. Cū ḡ xp̄s
ſit ſuꝑ oēs creaturas pulcher ⁊ ſpecioſus:
ita d2 in ps̄. xliiij. Specioſus forma pre
filijs hoīȝ. ita vult ꝙ ſpōſa ſua ſit ſpecioſa
⁊ mūda ī ſua mēte: ⁊ talē ip̄e vult ⁊ diligit
vn̄ Hierony. Illa virgo ſponſa xp̄i eſt: cu
ius nec mentē cogitatio: nec carnē libido
maculat. hec ille. Iō in figurā huius deꝰ
p̄cepit Leuit̄. xxj. ꝙ ſummꝰ ſacerdos vxo
rem duceret ꝟginē: nō meretricē ſordidā.
Figurabat̄ ꝙ xp̄s q̄ eſt ſummus ſacerdos
(prout dicit apoſtolus ad Hebre. ix.) nō
ducit ſordidā: nec turpē: ſed ſolū pulchrā
mēte ⁊ corpe. Apparet igit̄ ſcđa clauſula.

¶ Tertio dixi ꝙ debet habere honeſtateȝ
ſine oī reprehenſione. ſemꝑ cū honeſta ſo
cietate incontaminata: nō vaga: non di-
ſcurrens per plateas ⁊ vicos: vt oſtendat
ſuā pulchritudinē: q2 talibꝰ frequenter ac
cidit ſic̄ illi dine filie iacob: de qua legit̄
Gen̄. xxxiiij. Egreſſa autē eſt dina filia lye
vt videret mulieres regionis illiꝰ: quā cuȝ
vidiſſet ſichen filius emor euei princeps
terre illius: adamauit eam et rapuit: ⁊ dor
miuit cū illa vi opprimens virginē. vnde
d2 vulgariter. la muger y la gallina por
andar ſe pierda ayna. Non dȝ igit̄ eſſe ta
lis ſponſa xp̄i: ſed clauſa/honeſta/ſolita-
ria. exēplo beate virginis: quā angelꝰ in
loco ſecreto inuenit ſolitariā. et illiꝰ ſan-
cte vidue iudith. Iudith. viij. que fec̄ ſibi
cubiculū ſecretū: in q̄ clauſa morabat̄ cū
puellis ſuis. Tales deo placēt. tales xp̄s
diligit. Ideo hierony. cuidā ſpōſe xp̄i ſcri
bens ita dicit. In te ſit honeſtas admira
bilis: ſtupenda verecūdia: mira patiētia:
virginalis inceſſus: ⁊ vere pudicitie habi
tus: ſermo ſemꝑ modeſtꝰ: ⁊ in ſuo tempo
re proferendus. hec ille. Apparet ergo ter
tia clauſula.

¶ Quarto dixi ꝙ debet habere humilita-
tē cū feruēti deuotione. Eſt ratio: q2 dicit
Augu. in lib̄. de bono virginali: ꝙ humili
tas eſt cuſtos virginitatis. Iō xp̄i ſponſa
dȝ eſſe humilis: q2 ſibi parū placet virgi-
nitas ſine humilitate. vn̄ dicit beatꝰ Ber.
Si maria humilis nō fuiſſet: filium dei
nunq; cōcepiſſet. Quod ſatꝫ expreſſit xp̄s
in illa parabola: quam poſuit Mat. xxv.
de illis quinq; ꝟginibꝰ: que licȝ eſſent vir
gines: non tn̄ intra beatitudinis ianuam
recepte fuerūt. ꝯfidētes em̄ de ſua ꝟgini-
tate: venerūt nouiſſime tanq; p̄ſumptuo
ſe dicentes. Dn̄e dn̄e: aperi nobis. At ille

reſpōdēs ait. Amē dico vobis: neſcio vos.
Et in ſignū hui⁹/moniales q̄ xpo deſpon⸗
ſant: induūtur velo nigro: ⁊ defoꝛmes ve
ſtes poꝛtāt/in ſignū honeſtatis ⁊ humili⸗
tatis: quā debēt habere. Apparet ḡ ꝙ ve⸗
ra ſpōſa xpi dꝫ eē deuota ⁊ humilis ⁊ obe⸗
diēs ſpōſo ſuo. Figurā habem⁹ Heſter. j.
de illa vaſthi: q̄ qñ fuit humilis ⁊ obediēs
ſpōſo ſuo aſuero: eā dilexit: ⁊ cū eo fuit. ſꝫ
qñ fuit ſibi cōtumax ⁊ inobediēs: eā de cu
ria eiecit. Aſuer⁹ interpꝛetat̄ btitudo: ⁊ ſi
gnificat xp̄m q̄ eſt nr̄a btitudo. Vaſthi vō
interpꝛetat̄ finis ſignat⁹: et ſignificat vir⸗
gines xpo ꝑ ſupbiā inobediētes. tales re⸗
pꝛobat xps. et eā veniūt ad finē ſignatū:
q̄ eſt dānatio eterna. Apparet igit̄ tertia
clauſula: ⁊ ꝑ ꝯñs tota regula ꝑ̄aſſumpta.

¶ Modo pꝛedicta noſtro ꝓpoſito appli⸗
cando. beata. N. habuit perfecte pꝛedicta
quattuoꝛ. videlꝫ

Pꝛimo ſuum coꝛpus conſeruauit in om⸗
ni puritate.

Secundo habuit pulchꝛitudinem abſq̄
defoꝛmitate.

Tertio habuit ſine repꝛehenſione magnā
honeſtatem.

Quarto habuit cum deuotione nimiam
humilitatem.

¶ Pꝛimo dixi ꝙ cū magna pꝛudētia cuſto
diuit coꝛp⁹ ſuū in virginitate. Et rō eſt. qꝛ
virginitas ex quo ſemel eſt amiſſa: decete⸗
ro nō pōt recuperari. nā ſicut lāpas ſemel
fracta nō reparat̄: ita ſi q̄s amiſerit virgi⸗
nitatē ſuā: ſi totū mūdū daret plenū auro
nō recuperaret eā. ita dicit Hiero. in ep̄la
ad euſtochiū. Audacter loquoꝛ: cū oīa poſ
ſit deus: ſuſcitare nō pōt virginē poſt rui
nā. Valet q̄dē liberare de pena: ſꝫ nō vult
coꝛonare coꝛruptā. h̄ ille. Et allegat̄ in de
cretis. xxxij. q. v. c. ſi paul⁹. Jō qꝛ tāt⁹ the⸗
ſaur⁹ ſemel amiſſus nō pōt recuperari: iō
beata. N. pꝛudēter virginitatē cuſtodiuit
⁊c. Dic ſicut habes in eius legēda. ꝓpter
qō dixit Tobie. iij. ſara. Tu ſcis dn̄e: quia
nūq̄ cōcupiui virū: et mundā ſeruaui ani
mā meā ab omni concupiſcentia.

¶ Scdo dixi ꝙ ipſa ſine defectu ſpiritua⸗
li habuit pulchꝛitudinem. Rō eſt: qꝛ caſti
tas coꝛpoꝛis ſine mūdicia mētis: eſt ſicut
pulchꝛitudo in pariete picta. pulchꝛitudo
coꝛpoꝛis: qꝛ ſi pictura de pariete tollatur:
apparebit vitiū qō eſt interius. Sic ſi pul
chꝛitudo coꝛpoꝛalis ſit ſine ſpūali; appa⸗
rebit eius defectus. qꝛ ergo vt dicit beat⁹
Aug. nihil diligitur niſi pulchꝛū: et deus
beatā. N. nō dilexiſſet niſi pulchꝛa fuiſſet:
ideo voluit eſſe pulchꝛa nō in coꝛpoꝛe: ſed
in aīa per gratiā ⁊ virtutes: eo qꝛ peccato
caruit: qō deturpat animā: ideo dicit ſibi
ſponſus illud Cāticoꝛum. vj. Pulchꝛa es
amica mea.

¶ Tertio dixi ꝙ habuit honeſtatē ſine re⸗
pꝛehēſione. Rō eſt. dicit btūs Aug. ꝙ vir
tus nihil aliud eſt: q̄ diligere quod diligē
dum eſt. Omne aūt qō diligitur: ſub rōne
boni diligitur: vt dicit ph̄s. Cū igitur xps
ſit ſummū bonū et ſumma honeſtas: ideo
ip̄m ſolū beata. N. ita dilexit: ꝙ oīa mun
dana q̄ſi vana ꝓpter ip̄m contēpſit: et ho
neſte vixit: qꝛ ipſa fuit honeſta in ſua con
uerſatione: honeſta in locutione: honeſta
in geſtu coꝛpoꝛis ⁊ in oībus factis ſuis: vt
merito poſſit dicere illud Eccl'i. xxiiij. Flo
res mei fructus honoꝛis et honeſtatis.

¶ Quarto dixi ꝙ fuit humilis et deuota.
Ratio eſt. qꝛ deus ſuperbos odit et repꝛo
bat. humiles aūt ⁊ deuotos ipſe defendit
et amat. et talibus dat ſuam gratiā. ideo
ſcribitur Jaco. iiij. et. j. Petri. v. Deus ſu⸗
perbis reſiſtit: humilibus aūt dat gratiā.
Jdeo beata. N. volens xp̄i gratiā habere:
voluit eē humilis. dic humilitatē quā ha
buit ⁊c. vt merito poſſit dicere illud Mat
thei. xj. Mitis ſum et humilis coꝛde. Ex
antedictis ergo. ſ. ex maioꝛi et minoꝛi con
cludatur propter quattuoꝛ pꝛedicta effici
tur aliqua digna vt ſit ſponſa xp̄i: et quia
virgo. N. habuit hec oīa: vt dictū eſt: ideo
xps voluit eam in ſponſam aſſumere ꝑut
dicūt verba thematis. Queſiui eam mihi
ſponſam aſſumere. ¶ Jn quibus quidem
verbis duo oſtenduntur. videlꝫ

Pꝛimo ꝙ ipſa maximam nobilitatē ade⸗
pta eſt propter chꝛiſti deſpōſationem. qꝛ
dicit. ſponſam ⁊c.

Secundo ꝙ propter ſuam bonitatem me
ruit hanc coniūctionem: quia dicit. que
ſiui eam mihi ⁊c.

¶ Quantum ad pꝛimū eſt ſciendum ꝙ in
hac virgine eſt oīs nobilitas ⁊c. Eſt rō. di
cit ph̄s. v. politicoꝝ. ꝙ nobiles ſunt in q̄⸗
bus exiſtunt pꝛogenitoꝝ virtus ⁊ diuitie.
modo pꝛogenitoꝛ oīm xp̄ianoꝝ eſt deus
pater. j. Petri. j. Benedictus deus ⁊ pater
dn̄i noſtri ieſu xp̄i: qui ſm miam ſuā ma⸗
gnā regenerauit nos ⁊c. Virtutes autē et

diuitie iſtius patris fuerūt date. N. dedit enim ſibi multas virtutes ꝛc. dic virtutes quas habuit. ſ. virginitatē/humilitatem/ et patiētiā/et firmitatē in tormētis ꝛc. ita vt de iudicibus eā perſequentibus: dicat illud Eſa. iij. Jgnobilis contra nobilē. Et hoc quantum ad primum.

¶ Quantū ad ſcdm/dixi ꝙ fuit in ea magna bonitas ꝛc. maior em̄ bonitas quam pōt habuere mulier: eſt ꝙ ſit ſponſo ſuo fidelis. Prouer. xij. Mulier diligēs corona eſt viro ſuo. Modo btā. N. fuit multū fidelis xp̄o: vt ſuperius fuit oſtēſum ꝛc. vt merito de ip̄a poſſit dici illud Judith. xj. Nō eſt talis mulier ſup terrā in aſpectu: ī pulchritudine: et in ſenſu vboꝝ. ergo nos ſibi dicamus illud Judith. viij. Ora ꝓ nobis: qm̄ mulier ſancta es. q: tuis poſſum⁹ orationibus adiuuari: et potes nobis hic diuinam gratiā obtinere: vt in futuro habeamus ſuam gloriam. Quam nobis preſtare dignetur. Amen.

¶ Pro vna virgine. Sermo.

A Virgo cogitat que dei ſunt. j. Coꝝ. vij. Reperio ī ſacra ſcriptura/ ꝙ ille qui vult cogitare illa que dei ſunt: opꝫ ꝙ tria figat et ponat in mente ſua: vt propter primum ipſum timeat. propter ſcdm ſibi obediat. propter tertium diligat.

Primo debet conſiderare in deo ſue maieſtatis nobiliſſimum ſtatum.

Secundo ſue voluntatis iuſtiſſimum preceptum.

Tertio ſue paſſionis doloroſiſſimum tormentum.

¶ Primo dixi ꝙ dꝫ cogitare diuinā maieſtatē: vt ſic deū timeat. Et rō eſt. ꝓut dicit Sene. Generoſus eſt anim⁹ hoīs. ideo homines q̄ de terrenis ꝛ de pctīs ſemp cogitāt: nō habēt cor generoſum: ſꝫ baſſum et deſpectū. q: a talibus ſpūſſctūs ſe elōgat: vt dr̄ Sap. j. Spūſſctūs auferet ſe a cogitationib⁹ q̄ ſunt ſine intellectu. ꝛ iō in talibus cor hoīs implicari nō dꝫ. Sed ꝑ oppoſitū ille totus hꝫ cor generoſum ꝛ altū: q̄ alta vt ſunt diuina cogitat. vt ſit de numero illoꝝ de quib⁹ dr̄ Sap. v. Cogitatio illoꝝ apud altiſſimū. ideo Prouer. iij. dicitur. Jn oībus vijs tuis cogita illum: ꝛ ipſe diriget greſſus tuos.

¶ Scdo dixi ꝙ dꝫ ſuā voluntatē ꝛ ſuū preceptū cogitare vt illud ipleat. ita dr̄ Eccli. iij. Que precepit tibi de⁹ illa cogita ſemp. Et rō eſt. Mat. xix. ſcribit. Si vis ad vitā ingredi ſerua mādata. Jnobediētia enim primoꝝ parētū clauſit nobis regnum celorū: ſed obediētia fuit illa que recuperauit et aperuit. vn̄ xp̄s dixit petro obediēti. Tibi dabo claues regni celoꝝ. Matthei. xvj. Modo eſt ſic ꝙ nos non poſſum⁹ bn̄ diuinis p̄ceptis obedire: niſi illa ſciam⁹ perfecte: ideo cōſulit nobis Eccli. vj. Cogitatū tuū habe in preceptis dei. et in mandatis illius maxime aſſiduus eſto. ſ. vt impleas illa. Similiter precipitur nobis Deut. vj. Hec meditaberis ſedēs ī domo tua: ꝛ ambulās in itinere dormiēs atqꝫ cōſurgens: et ligabis ea q̄ſi ſignū ī manu tua: eruntqꝫ et mouebunt inter oculos tuos: ſcribeſqꝫ ea in limine et oſtijs domus tue. Apparet igitur ſecunda clauſula.

¶ Tertio dixi ꝙ dꝫ hō xp̄i aſperitatē ꝛ doloroſam paſſionē cogitare: vt ſic eum diligat. ita dr̄. j. Pet. iiij. Xp̄o paſſo ī carne et vos eadē cogitatiōe armamini. Et rō eſt: nullus em̄ eſt ita tepidus aut frigidus in amore xp̄i: ꝙ ſi intueat quātū in paſſione nos amauit. ꝛ quanta mala ꝓ nobis ſuſtinuit: q̄ nō accēdat ad amādū xp̄m. vn̄ beatus Bern̄. dicit. Super oīa reddit te mihi amabilē bone ieſu calix paſſionis: quē bibiſti opus nr̄e redēptionis. hec ille. Pꝫ ergo ꝙ cogitatio nr̄a dꝫ verſari circa paſſionē xp̄i. Et hoc cōfirmat apl's ad Heb. xij. Recogitate eū q̄ talē ſuſtinuit a pctōrib⁹ aduerſus ſemetip̄m cōtradictionē. Apparet ergo tertia clauſula: et per conſequēs ꝛc.

¶ Modo predicta nr̄o propoſito applicādo: hec glo'ſa virgo btā. N. p̄dicta tria cogitauit ꝛ cōtēplata mirabiliter fuit. B

Primo diuinum ſtatū ꝛ ſuā maieſtatem.

Scdo diuinū preceptū et ſuā voluntatē.

Tertio chriſti paſſionem et mortem et cruciatus eius acerbitatem.

¶ Dixi prīo ꝙ cogitauit diuinū ſtatū ſiue maieſtatē. Et rō eſt. nā dicit btūs Grego. ꝙ facile laqueos euadit in terris: qui ſemper oculos hꝫ in celis. Et cauſa eſt: q: inimicus humani gn̄is. ſ. diabol⁹/in hoc mūdo ponit diuerſos laqueos pctōꝝ ꝓponēdo hoī queqꝫ delectabilia. ita dic̄ ps̄. lvj. Laqueū parauerūt pedib⁹ meis: ꝛ incuruauerūt aīam meā. et ſic multotiēs pecca

torꝫ capit et occidit qn̄ continue terrenis inhiat: ſed qn̄ hō a terrenis ſe elongat: et ſemper celeſtia contēplatur: tūc euadit laqueos diaboli. Ita btā. N. volens inimici laqueos euadere: terrena contēpſit. dic ſicut habes in eius legēda. et celeſtia cogitauit. ita vt poſſet dicere illud pš. xxiiij. Oculi mei ſemper ad dn̄m: qm̄ ipe euellet de laqueo pedes meos.

¶ Dixi ſcd̄o ꝙ diuinā voluntatē ꝛ diuinū preceptū cogitauit: vt ſibi obediret. Et rō eſt. iuſtū enim eſt vt cui oēs creature obediūt: ꝙ etiā homo obediat. cum ergo oēs creature ſuo obediāt creatori tam ſenſibiles ꝙ inſenſibiles. ita dicit pš. ciij. Terminum poſuiſti quē non tranſgredientur. et Mat. viij. Qualis eſt hic q: venti ꝛ mare obediūt ei. multo magis hō debꝫ obedire diuinis preceptis: et eius volūtati. Unde hoc vidēs beata. N. cogitauit ꝛ contēplata fuit diuina precepta: et illa iuxta poſſe cōpleuit. q: deū ſuper oīa dilexit et proximum. et ſic de alijs preceptis ꝛc̄. Propter quod poteſt dicere illud pš. cxviij. Ego autem nō dereliqui mandata tua.

¶ Dixi tertio ꝙ xp̄i paſſionē durā quā pro ipa ſuſtinuit: cogitauit. Et rō eſt. nihil em̄ eſt qd̄ tantū prouocet hoīem ad bene operandum: et ad laborandum moueat: ſicut frequēs memoria paſſionis xp̄i. ita dicit beatus Bern̄. Hoc eſt qd̄ plus me mouet: me viget: et plus accendit calix tuus dn̄e quē bibiſti. hec ille. Ideo hoc cōſiderans beata. N. cogitabat dirā paſſionem xp̄i: et reducebat ad memoriā: vt ſic meli⁹ tormēta et labores cū patiētia exēplo xp̄i ſuſtineret. dic ſicut habes in ei⁹ legēda ꝛc̄. Propter quod ſciebat illud verbum qd̄ ſcribitur. j. Pet. ij. Chriſtus paſſus eſt ꝓ nobis vobis relinquens exemplum: vt ſequamini veſtigia eius. Ex antedictis igitur. ſ. ex maiori et minori formetur ratio et concludatur ſic thema. Ergo hec virgo cogitat q̄ dei ſunt. que ſunt verba noſtri preſentis thematis. In quibus quidem verbis duo de ipſa oſtenduntur.

Primo ꝙ peccatis reſiſtendo virginitatē ſeruauit: q: dicit. virgo cogitat.

Secundo ꝙ mundum deſpiciendo in dei ſe amore firmauit: q: di. que dei ſunt.

¶ Quantum ad primum eſt ſciendum ꝙ dicit Chryſo. Si mens ſobria fuerit et caſta; naturalium motuum peccatum nullum erit. Ex quo patet ꝙ illa que vult virginitatē ſeruare: oportet ꝙ ſobrie viuat: quia ſm̄ Hiero. virginitas in delitijs periclitatur. Et cum virginitas que eſt ſoror angelorum ſm̄ Cyprianum: ſit puriſſima. quia virgo a virore dicit̄: eo ꝙ viroris ſui et pulchritudinis non eſt paſſa aduſtionē quia ſm̄ Aug. virginitas eſt in carne corruptibili incorruptionis perpetua meditatio. Apparet ergo ꝙ non debet opa carnis peragere: ſed potius per abſtinētiam carnē mortificare vt ſpiritus viuat. Et ratio eſt. Uidemus manifeſte ꝙ quādo aliqua terra de nouo dedicanda eſt diuino cultui: prius debet a principib⁹ terre mortificari. Modo terra deo dedicata eſt caro virginea: cui debet̄ fructus centeſimus ſm̄ Hiero. ideo debet mortificari per abſtinentiam. ſcilꝫ vigilijs et ieiunijs: vt caro in virginitate conſeruetur: que eſt virtus ita precioſa ꝙ prefertur coniugali ac viduali ſtatui. et que confert ac operatur multa bona: et ſpecialiter inter alia quattuor. videlꝫ **E**

Primo merita multiplicat.

Scd̄o a periculis liberat.

Tertio dona augmentat.

Quarto deo acceptabiles preſentat.

¶ Primo dico ꝙ multiplicat merita: quia per ſuam excellētiam ducit ad regnum celorum: et ad vitam celeſtem. quia enim vita celeſtis eſt incorruptibilis ꝛ perpetua: vt dicit beatus Aug. Unde hec virtus tātum eſt nobilis: vt dicit Hierony. ꝙ diſcipuli platonis in honorem ſui magiſtri docuerunt ꝙ de virgine natus ſit: non credentes ꝙ vir tantas virginitates conſeruare feciſſet: niſi de virgine natus fuiſſet. vnde ipſe plato ꝛ diſcipuli hanc virtutem ſeruare docebant. **D**

¶ Secundo dixi ꝙ ipa liberat a periculis nam legitur in antiquorum hiſtoria ꝙ romani captis hoſtibus virginibus et paruulis parcebant. Idem legitur Numeri xxxj. ꝙ cum filij iſrael pugnaſſent contra madianitas: et omnes ciuitates et caſtella igne combuſiſſent: ac principes interfeciſſent et omnes maſculos: duxerunt ſe cum mulieres et paruulos. Quod videns moyſes iratus p̄ncipib⁹ ait. Cūctos inter ficite q̄cq̄d gn̄is maſculini eſt etiā in paruulis: et mulieres que nouerunt viros in coitu iugulate. puellas autē et omnes fe

minas virgines reſeruate vobis. Paga-
noꝝ etiā virgines quedā legunt̃ euaſiſſe
pericula: et q̄dā feciſſe miracula merito
v̄ginitatis ſue. Nā teſtat̃ Augu.lib. x. de
ciui.dei.cap.xvj.ꝛ lib.xxij.c.xj. cū quedā
v̄go rome de ſtupro diffamaret̃ et accuſa
retur: illa vt ſe oſtenderet virginē: cū cri-
bro ad tyberim fluuiū iuit: et ipſum aqua
impleuit: ꝛ vſq3 ad capitoliū plenū tulit:
et nihil oīno de aqua fluxit: nihil oīno de
aqua perdens. qd̄ valde eſt admirandum
cū ſit vas foraminibꝰ plenū totū. Et ꝑut
teſtatur Hieronymꝰ: fuit rome alia virgo
que ad virginitatē ſuā cōprobādā cingu-
lo ſuo maximā nauē traxit ad terrā: quaꝫ
multi mouere nō poterant. Idem aſſerit
Augu.lib.x.de ciui.dei.ca.xvj.
¶ Tertio dixi ꝙ virginitas impartit ſeu
impetrat dona. nā ſibylla per v̄ginitatē
ꝓphetico ſpū claruiſſe dr̄. Saluator quo
q3 mundi virginitatē ipſam honorat: et
gratijs plurimis et donis exornat. nā vir
ginē matrē elegit: ꝛ virginitatē ipſiꝰ ho-
nore fecūditatis ornauit. Inter diſcipu-
los etiā: duos: qui legunt̃ expreſſius vir-
gines extitiſſe: amplioribꝰ priuilegijs et
gratijs decorauit. ſ. iohannē et paulū.
¶ Quarto dixi ꝙ virginitas efficitur deo
grata et hoībus deuota. Ita dicit Amb.
Pulchritudinē quis pōt maiorē eſtima-
re pudore virginis: qui amat̃ a rege: pro
E batur a iudice: dedicat̃ a dn̄o: conſecrat̃ a
deo. hec ille. Et iō cum virginitas ita ſit
deo accepta et grata: apparet ꝙ ille que
ſunt virgines ante debent oīa ſolacia/et
cōmoda: imo etiā et corporalē vitā perde
re: q̄ virginitatē amittere. ſicut ꝛ quedam
pagane virgines hoc feciſſe legunt̃. Nar-
rat Hieronymus ꝙ nicanor thebis deui-
ctis atq3 ſubuerſis/vnius virginis capti
ue amore deuictꝰ: eius coniugiū impetēs
qd̄ captiua optare debebat. illa cogitauit
mēte pudica virginitatis bonum eſſe ma
ius q̄ regnū. ꝛ ſic manu propria ſe inter-
emit. Narrant etiā ſcriptores grecie: fuiſ
ſe virginē quādā: quā hoſtis macedo cor
ruperat: illa corrupta diſſimulauit pau-
liſper dolorem: ſed virginitatis ſue viola-
torem poſtmodū dormientem tandē cum
gladio iugulauit. et ſeipſam occidit gla-
dio. vnde nec viuere voluit poſt virgini-
tatē perditā: nec ante mori q̄ vindicatrix
exiſteret ſue corruptionis. Licꝫ aūt dicte
mulieres cōmendari non poſſint: ꝙ ſe oc
ciderint: tn̄ quia maius crimen fuit occi-
ſio ſuijpſius q̄ fuiſſet corrūpi ab alio ſiue
fuiſſent corrupte per violentiā: in quo ex
parte earū nullū fuiſſet crimen: exquo nō
conſenſiſſent. qr non coinquinat̃ corpus
niſi de conſenſu mentis. ſiue etiā in volū-
tate conſenſiſſent: qr adulteriū eſt leuius
peccatū q̄ homicidiū ſpecialr̃ ſuiſpſius.
Et licꝫ quedā ſancte femine tp̄e perſecu-
tionis fideliū legant̃ idem feciſſe: quarū
memoria in eccl'ia celebrat̃: tn̄ beatꝰ Hie
ronymꝰ excuſat eas. qr hoc fecerunt ex oc
culto inſtinctu et conſilio ſpūſſancti ſicut
ꝛ ſamſon ſeipſum occidit. Cōmendantur
tn̄ iſte femine de magno v̄ginitatis amo
re. Apparet ergo ꝙ virginitatis bonum
debet preferri oībus tēporalibus bonis:
q̄ poſſident̃ exterius. qr vt dr̄ Eccl'i. xxvj.
Oīs ponderatio nō eſt digna continētis
aīe. Conſiderans ergo beata. N. ꝙ per
virginitatē tot bona conſequeretur: ꝛ pla
ceret deo: ideo virginitatē ſeruauit: et ci-
trus mortem temporalē ſuſtinere voluit:
q̄ iſtam v̄ginitatē amittere. Hic ſicut ha
bes in eius legenda ꝛc. Propter quod de
ipſa pōt dici vel intelligi illud Gen. xxiiij.
Ecce puella decora nimis: v̄goq3 pulcher
rima: et incognita viro. Hanc ergo virgi-
nem honoremus: ꝛ ad eam deuotionem
habeamus: ac humiliter deprecemur: vt
nobis in hac vita chriſti ſui ſponſi obti-
neat gratiam: et in futuro habeamus ſuā
gloriam. Amen.

¶ Collationes ꝓ defunctis eiuſdem
Santij non contēnende lectionis. ſer. p° defun. fo. 201.

¶ Sermo ſeu collatio pro conſolatio-
ne illorum qui perdunt amicos.

Conſolamini
inuicem in v̄bis iſtis. ſ. A
ad Theſſa. iiij. Dn̄i mei
reuerendi/ſup mortem
amicoꝝ et parētū nr̄oꝝ
multis de cauſis nō de
bemus contriſtari: ſed potius cōſolari: et
ſpecialiter ꝓpter tres cauſas. videlꝫ
Primo quia ſic placet diuine maieſtati.
Secundo qr h̄ ꝓſonat iuſticie ꝛ equitati.
Tertio qr ſic debet fieri de neceſſitate.

¶ Prima cauſa vel ratio quare non debe⸗
tis triſtari:ſed potius ꝯſolari : eſt cõſide⸗
ratio diuine volũtatis: cui debemus no⸗
ſtram cõformare in oĩbus:vt dic̃ Hiero.ĩ
ep̃la ad oroſiũ conſolatoria de morte filie
ſue. Reſurgere credimus nr̃os:et plangi⸗
mus.q̃d faceremus ſi mori preciperet tm̃
deus? Voluntas vtiq̃ꝫ ſola ſufficere de⸗
beret ad ſolaciũ:cui nullũ affectũ prepo⸗
nere debemus.hec ille. Et in huius exem
plũ narrat valeriꝰ lib.v.c.vj.itẽ Auguſti.
lib.iiij.de ciui.dei ca.xx.ꝛ lib.v.c.xviij.ꝙ
rome ĩ media parte fori repentino hiatu
terra aperta fuit : et iuſſerunt dij vt illud
q̃d romani haberẽt optimũ: immitterẽt.
Quidã aũt curtius noĩe adoleſcens ꝛ ge
nere nobiliſſimꝰ militaribus inſignijs or
natus equũ aſcendit:eumq̃ꝫ cũ calcaribꝰ
vrgens in illud ꝓfundum ſe cũ equo im⸗
merſit. Si ergo paganꝰ nullã habẽs ſpeꝫ
de reſurrectione/morti ſe dedit : quia dij
hoc iuſſerant:quanto magis nos xp̃iani
nõ deberemꝰ de nr̃a vel amicoꝝ noſtrorũ
morte dolere.ex quo ſcimꝰ deũ h̃ ſic velle.
Ergo dicit nobis ap̃ls ĩ verbis preaſſum
ptis. Conſolamini inuicem in v̄bis iſtis.
Huic etiã ſententie ꝯcordat ſeneca ĩ ep̃la
ad lucillũ dicens. Placeat homini quic⸗
quid deo placet:ob hoc ipſum/ quod deo
placet.hec ille.

¶ Secũda cauſa et rõ ꝛc. eſt conſideratio
equitatis:qꝛ licitũ eſt ac iuſtũ:vt vnuſq̃ſ⸗
q̃ꝫ quod ſuũ eſt: recipiat.vñ dicit Hiero.
in ep̃la ad tyraſiũ conſolatoria. Nihil ab⸗
ſtulit tuũ qui recipere dignatꝰ eſt ſuũ. ꝓ⸗
prium creditũ recipe decuit creditorẽ: et
nihil aliud decet:q̃ꝫ creatori gr̃as agere:
et dicere cum iob. Dñs dedit: dñs abſtu⸗
lit:ſicut dño placuit: ita factũ eſt. ſit no⸗
men dñi benedictũ.hec ille. Etiam hoc re
quirit iuſticia.qꝛ tali ſentẽtia dãnati ſu⸗
mus in pctõ ade. Geñ.ij. In quacũq̃ꝫ die
comederis ex eo:morte morieris. Nullus
debet cogitare ꝙ hanc ſnĩam poſſit eua⸗
dere:qꝛ nec xp̃s eã euaſit. vñ btũs Berñ.
Qui non pepercit filio ſuo : quomõ par⸗
cet ſeruo ſuo? Sic moyſes et alij prophe⸗
te mortui ſunt.hec ille. Exemplũꝫ ad hoc
habemus.narrat Johãnes damaſcenus:
ꝙ cum ioſaphat rex duceretur cuꝫ omni
gaudio et omni genere muſicorũ : obuiũ
habuit leproſum et cecum. Et cum quere⸗
ret quid hoc eſſet. dictũ eſt ei : ꝙ he ſunt
humane paſſiones et defectus : qui non
ſunt oĩm:ſed eſſe poſſunt. Poſt cũ videret
ſenẽ decrepitũ et incuruatũ incedentem
cum baculo:interrogauit quid hoc eſſet.
Rñderunt ei.ꝙ habent oẽs ad hoc deue
nire:niſi mors preoccupet etatẽ. nec põt
homo viuere circa centũ annos. Hec au⸗
diens iuuenis cepit de morte cogitare:et
mũdana abhorrere: ꝛ deſiderabat ſcire ſi
eſſet alia vita. Si ergo iuſticia hoc exigit
vt omnes moriamur: apparet ꝙ vos ꝛc.
non debetis dolere:ſed debetis conſola⸗
ri.quia dicit̃ Eccl̃s.xij. Reuertat̃ puluis ĩ
terram ſuam vnde erat: ꝛ ſpũs redeat ad
deum qui dedit illum. ergo conſolamini
inuicẽ in verbis iſtis.

¶ Tertia cauſa vel ratio eſt conſideratio
neceſſitatis:qꝛ ſicut iſte mortuus eſt : ita
moriemur et nos: nec ad hoc nos poteri
mus contradicere:nec fugere:ideo nõ de
bemus eos flere: qui nos preceſſerũt. vñ
ſeneca in epiſtolari ad lucillũ. Que que⸗
rela eſt? quod incõmodũ? ſi quod debeat
deſinere deficit.quid abſurdiꝰ q̃ꝫ vt id q̃d
ſcias hominibus cõmune:quaſi ſpeciale
deplores? hec ille. Refert Auguſti.lib. de
cura ꝓ mortuis agenda de quodam rege
pagano:ꝙ cũ dijs ſuis in templo ſacrifi⸗
caret:nunciatur ei ꝙ filius ſuus obijſſet:
qui non reliquit ſacra que gerebat mani
bus:nõ lachrymatꝰ eſt:nec omnino ſuſpi
rauit.ſed ait.ſepeliatur.memini genuiſſe
me filium mortalem. Et ſubdit Auguſti.
ꝙ diabolus in iudicio dicet coram xp̃o.
Ecce hic cultor meus:cui nec reſurrectio⸗
nem:nec paradiſum promiſeram. ꝓ mor
te vnici nobilis ꝛ ſapiẽtis filij/ſacra mea
non reliquit: neq̃ꝫ fleuit : tui aut xp̃iani
pro quibus iam mortuus es : vt mortem
non timerent : et eſſent de reſurrectione
ſecuri:non ſolum lugent mortuos et vo⸗
ce et habitu:ſed etiam ad eccleſiam ꝓce⸗
dere confunduntur. Et ideo quia ꝓpter
luctum vel lachrymas nihil ꝓficitis: ſed
potius deum/et aĩam veſtram grauatis:
ideo conſulo ac ſupplico vobis : vt tenea
tis conſilium apoſtoli dicentis verba the
matis. Cõſolamini inuicẽ in verbis iſtis.
Et habebitis hic diuinam gratiam : et in
futuro eternam gloriam.ad quam ipſe fi
lius dei nos perducat. Amen.

¶ Alia collatio pro mortuis.

# Pro defunctis Collatio.

a Nolite flere ſuper me. Luc. xxiij. Domini mei reuerendi/ ſuper mortuis nō debem⁹ flere: immo debemus moderari luctū: et hoc propter tres rōnes. videlꝫ

Primo quia vitam adeptus eſt immortalem.

Secundo quia miſeriam euaſit mūdialē.

Tertio quia luctus offendit valitudinem corporalem.

¶ Prima rō q̄re de morte iſtius defuncti non debetis flere: eſt conſideratio ſuperne vtilitatis. q: ipſe per mortē/ vitam immortalē adeptus eſt. vnde Hieronymus ad theodorā de morte lucini viri ſui dicit Nos dolendi magis ſumus qui in prelio ſtamus: vulnera accipimus: vitijs ſordidamur: q̄ ille qui mortuus eſt: q: ille iam ſecurus et victor te aſpicit in excelſo: et iuxta ſe tibi locū preparat. hec ille. In huius exemplū legimus in lib. j. de ciui. dei cap. xxij. vbi dicit Auguſti. ꝙ quidā philoſoph⁹ Theobrotus noīe dum libellum platonis de īmortalitate anime legeret volens et cupiens fieri immortalis: ſe precipitem dedit de muro: vt de hac vita migraret ad eam: quā credidit eſſe meliorem. Et democritus alter philoſoph⁹ dū hunc finē ardenter appeteret: volēs fieri immortalis ſe in ardentē montem cicilie dedit precipitē. Si ergo homines pagani tantā fidem dederunt dictis alteri⁹ pagani: quanto magis chriſtiani per dominū noſtrū de beata vita certificati: nō debent de ſua vel ſuorꝫ morte dolere: vt ad beatam vitam poſſent pertingere. Vn̄ Ambroſius in ſumma lib. j. Fleant ſuos qui eos in perpetuum interijſſe exiſtimāt quia ſpem rationis non habent: nobis vero quibus mori huius vite finis eſt: quia natura ipſa reparatur in melius: mortis caſus abſtergat oēs fletus. hec ille. Si ergo iſte defunctus propter mortem conſecutus fuit (vt ſperamus) vitā immortalem: apparet ꝙ non debemus triſtari: ſed poti⁹ gaudere. ideo dicit verbū themat̄ꝫ. Nolite flere ſuper me.

¶ Secunda ratio quare ꝛc. quia ꝑ mortem liberatus eſt a preſentibus miſerijs ꝛ periculis. Ita dicit Hieronymus in ep̄la ad tiraſiū cōſolatoria de morte filie. Plāgere nequaꝙ deberemus amicos de ſeculo recedentes: ſi ſeculi contra nos inimicitias minime ſentirem⁹: quid ergo ꝓ dormiente lachrymas fundis: quaſi neſcias quid in teipſo quotidie patiaris. propter hoc em̄ dn̄s diſcipulos admonet dicens. Si diligeretꝫ me: gauderetis vtiꝙ: quia vado ad patrem. hec ille. Huius exēplum habemus in multis paganis: de q̄bus dicit ſolinus. ꝙ apud plurimos eſt conſuetudo: ꝙ quando puer naſcitur: parentes et amici faciūt planctū magnum: ex eo ꝙ in hunc mundū venit: vbi paſſurus eſt multiplices miſerias. quando vero moritur: faciunt magnū feſtuꝫ: ex eo ꝙ de miſerijs huius mūdi exeat. Et ſi forte aliquis obijceret: ꝙ xp̄s in morte lazari fleuit. R̄ndet Hierony. doluit lazarum non dormientē: ſed potius reſurgentem: ꝛ flebat quem cogebat propter alios ſaluandos ſeculo reuocare. hāc vitam dans ingemiſcebat: quam tu doles eſſe ſublataꝫ: contra lachrymas eius lachryme tue pugnant: et amor tuus amori eius non conuenit. hec ille. Si ergo iſte defunct⁹ a preſentibus miſerijs per mortem liberatus eſt: apparet ꝙ non debetis flere de eius morte: quia dicit nobis. Nolite flere ꝛc.

¶ Tertia ratio quare ꝛc. quia eſt nobis damnoſum. B Luctus em̄ ꝛ triſticia damnificant hominē in corpore: ſcḋm illud Eccli. xxx. Multos occidit triſticia: et non eſt vtilitas in illa. Ideo tales lugentes rep̄hendēs Seneca in libro de remedijs fortuitorum/ ita dicit. Stultus eſt qui mortem mortaliū deflet. nil em̄ hoc nouū aut mirum. De hoc etiā narrat valerius maxim⁹ ꝙ Anaxagoras audita morte filij ait Nil inquit inexpectatū mihi annuncias: ego em̄ ex me natum ſciebam eſſe mortalem. Unde in huius exemplum legitur Ezechiel. xxiiij. ꝙ dn̄s dixit ezechieli. Fili hominis. ecce ego tollo a te deſiderabile oculoꝝ tuorum in plaga: ꝛ non planges: neqꝫ plorabis: neqꝫ fluent lachryme tue: ingemiſce tacens mortuoꝝ luctum non facies. Locutus ſum ergo (inquit ꝓpheta) ad populum mane: ꝛ mortua eſt vxor mea veſpere. Et ideo plorare non debemus: quia fletus eſt nobis et mortuo dānoſus. Ideo vobis ꝯſulo vt vr̄i chari ꝛc.

vt audiatis que vobis dicit. Nolite flere
ſuper me. que fuerūt verba mei thematꝫ.

¶Alia collatio ꝓ mortuis.

NOn cōtriſtemi-
ni ſicut et ceteri qui ſpem
non habent. j. ad Theſſal.
A iiij. Si conſideremus ſe-
riem ſacre ſcripture: repe-
riemus manifeſte ꝙ vos ꝓpter tres ratio
nes nō debetis flere de morte. N. ꝛc. ſiue
triſtari: ſed potius conſolari. videlꝫ
Primo ꝓpter ꝯſideratione͂ diuine diſpo
ſitionis.
Scd̄o propter incōmoditate͂ veſtre affli-
ctionis.
Tertio propter maiore͂ libertate͂ ad ope-
ra deuotionis.
¶Prima ratio quare de morte vr̄i. N. ꝛc.
contriſtari non debetis: ſed potius gau-
dere: eſt conſideratio diuine diſpoſitiōis
que nouit q̄ꝫdiu expediat viuere homi-
ni: et quando mori. Vn̄ Hierony. in epi-
ſtola ad tiraſium conſolatoria dicit. Plā-
gimus beneficia dn̄i qui nouit quid no-
ſtre expediat īfirmitati. hoc eſt quod dn̄s
dicit in euāgelio Matth. vj. Scit enim
pater veſter quid opus ſit vobis. Ideo di
uina ꝓuidentia magnā fecit veſtro cha-
ro gratiā. quia ſi diu vixiſſet: cum in vita
multa ſint pericula: malicia mutaſſet in-
tellectum eius: ꝛ malorꝝ veſtigia ſecutus
fuiſſet. ideo quia placida erat deo anima
illius: propter hoc properauit educere il-
lum de medio iniquitatū. Sapiētie. iiij.
Et in huius exemplū legitur. iiij. Regum
xxij. ꝙ ioſie regi iuda pro magno benefi-
cio a deo promiſſum eſt: ꝙ ipſum citius
ad patres ſuos in pace colligeret: ne ma
la ventura videret. Et ideo quia deo cura
eſt de vobis: quare deo de toto debetis
regratiari: quia pro meliori ſuo et veſtri
ſic ordinauit. Ideo dicatis illud verbum
Auguſtini in libro ſoliloquiorꝝ. De ſalu-
te (inquit) corporis mei quid mihi ſit vti
le neſcio: tibi dn̄e hoc committo. hec ille.
Ideo rogo vos vt nō ꝯtriſtemini: ſic̄ ꝛc.
¶Secūda ratio ꝛc. quia nec luctus: neqꝫ
triſticia mortuū poteſt a morte reuocare:
nec a pena liberare. ideo vanum eſt tales
lugere. vnde dicit Seneca ī epiſtolari ad
lucillū. Non affligitur ſapiens in amiſſio
ne liberorꝝ: nec amicorū. eode͂ enī aīo fert
illorum mortem: quo expectat ſuam. ego
em̄ illos habui tanꝙ̄ amiſſurus: ꝛ amiſi
tanꝙ̄ habeam. hec ille. Exemplum habe-
mus de illo rege dauid ſanctiſſimo. Hic
em̄ cum pro filio ſuo egrotante: vt legit̄
ij. Regum. xij. ſe coram dn̄o ieiunijs ꝛ la-
chrymis afflixiſſet: mox vt de illius mor-
te nunciū audiuit: de terra ſurgēs lachry
mas abſterſit. Et cauſam requiſitꝰ: reſpō
dit. Propter infantem cum adhuc viue-
ret ieiunaui et fleui: ſi forte dn̄s eum mi-
hi donaret: nunc vero quia mortuus eſt:
quare ieiuno? nunquid potero eum reuo
care amplius? Ego magis ad eum vadā:
ille xo non reuertetur ad me. Sic ergo
fecit apponi menſam et comedit: et cōſo
latus eſt berſebee vxorem ſuam.
¶Tertia ratio ꝛc. eſt conſideratio ꝓprie
vtilitatis: quia facilius poteritis deo ſer-
uire. nam amici huius mundi frequēter
impediunt iter ſalutis. Nam ꝛ cor diligē
tis/ad mundū alliciunt. et vt dicit Augu
ſtinus ſuꝑ Gen̄. ſepe offendit̄ deꝰ: ne of-
fendat̄ amicus. ideo dn̄s papa (vt dicit̄)
ad nullū mortuū ingreditur: quia ſacer-
dos et pontifex habet deo miniſtrare et
ſeruire. Ideo dr̄ Leuitici. xxj. ꝙ deꝰ dixit:
Pontifex ad omne͂ mortuū non ingredie
tur omnino. Suꝑ patre quoqꝫ ſuo ꝛ ma-
tre ſua mortuis non contaminabitur:
nec egreditur de ſanctis: ne polluat ſan-
ctuariū dn̄i: quia oleum ſancte vnctionis
dei ſui ſuper eum eſt. De hoc habemꝰ exē-
plum de ſctā malania: de qua dicit Hiero
nymꝰ in epl̄a ad paulā. Sancta malania
nr̄i tēporis īter xp̄ianos chriſtiana nobi-
lis: q̄ caleſcente adhuc mariti corꝑe nec-
dum humato: duos perdidit filios. Rem
dicturꝰ incredulā ſed veraꝫ: ſtetit immo-
bilis et obuoluta xp̄i pedibus q̄ſi ipſum
teneret: adiunxit dicens. Expeditius tibi
ſeruitura ſum dn̄e: qꝛ tanto onere me li-
beraſti. Cū ergo modo poſſitis magis li-
bere deo ſeruire: iō non debetis ꝯtriſtari:
ſed gaudere. Ideo placeat vobis diligen
ter audire ꝛ tenere conſiliū apoſtoli dicē-
tis verba thematis. Non cōtriſtemini ſi-
cut ꝛ ceteri. Ad quam gloriā.

¶Alia collatio ꝓ mortuis.

A Iſeremini mei ſaltem vos amici mei. Job xix. Augu. in lib. ix. de ciui ta. dei ita dicit. Mia ē alie ne miſerie in nr̄o corde cō paſſio: qua vtiq̄ ſi poſſem⁹ ſubuenire cō pellimur. Ex quo pꝫ regula generalis pro nr̄o propoſito: ꝙ illis q̄ ſuſtinent miſeriā et penā: obligamur naturaliter ſuccurrere ⁊ dare adiutoriū. Rō eſt. q: ad hoc faciēdū inducit nos natura: et admonet ſctā ſcri ptura. Primo docet natura. naturale eſt eñ vt mēbrū mēbro cōpatiatur ⁊ miſerea tur. j. Cor. xij. Si qd patiṫ vnū mēbrū: cō patiunṫ oīa mēbra. Vñ ↄtra naturā videṫ peccare: ⁊ naturam cōem degenerare qui miām nō facit proximo indigēti. Ad hoc etiā faciendum nos admonet ſancta ſcri ptura Luč. vj. Eſtote miſericordes: ſicut ⁊ pater veſter celeſtis miſericors eſt. Qui er go negat miām: negat ſe habere deum pa trē: ſed diabolū: de quo dꝛ Iere. vj. Cru delis eſt et non miſerebitur.

¶ Modo predicta noſtro ꝓpoſito appli cādo: iſte defunctus eſt poſitus in magna miſeria ⁊ neceſſitate. qḋ declaratur ſic. q: illi q̄ ſunt in purgatorio: ſunt ī magna mi ſeria ⁊ neceſſitate: q: ſunt demonib⁹ aſſo ciati: qui dāt eis diuerſa tormēta: indigēt nr̄is orationib⁹ ⁊ elemoſynis. Cū igiṫ iſte defunctus fuerit pctōr: ſicut ⁊ nos: iō cla re non poſſumus iudicare ꝙ ſit in paradi ſo: et cū in fine perfecte fuerit cōfeſſus: et iniūctā penitentiā humiliter ſuſceperit: ⁊ alia ſacramenta eccleſiaſtica deuote rece perit: ideo poſſumus iudicare ꝙ nō eſt in inferno: ſꝫ ꝙ eſt in purgatorio: vbi crema tur ⁊ ſuſtinet tormēta. q: vt dicit Augu. et allegaṫ in decretis diſt. xxv. c. qui ī aliud. ignis purgatorij etſi eternus nō ſit: miro tñ modo eſt grauis. excellit eñ oēm penā quā vnq̄ paſſus eſt aliq̄s in hac vita: vel pati pōt. Si ergo ſuſtinētibus penā ⁊ mi ſeriam: nos debemus ſuccurrere: ⁊ iſte de functus talia ſuſtinet: ideo vos gn̄aliter: ⁊ ſpecialiter amici ſui: debetis eum iuuare: cum de hoc vobis ſupplicet dicēdo verba thematis. Miſeremini mei ſaltē vos ami ci mei. In q̄bus quidē verbis duo tāgit. Primo ex parte ſua magnā allegat neceſſi tatē. q: dicit. miſeremini mei. Secundo ex parte noſtra oſtēdit ꝙ debe mus ei ſuccurrere ꝓpter affinitatem. q: dicit. vos amici mei.

¶ Quātum ad primū eſt ſciendum ꝙ illis qui magis īdigēt: debem⁹ maxime ſuccur rere. ⁊ q̄s poſſet eſſe q̄ magis indigeat no ſtro adiutorio q̄ iſte defunctus: q̄ hꝫ ſtare corā tāto iudice. de quo dicit Aug. in lib. de ſymbolo. Ille iudex nec grā pueniṫur: nec mīa iā flectiṫ: nec pecunia iā corrūpiṫ nec ſatiſfactione mitigaṫ. Vic dū tpa ha bet aīa agat ꝑ ſe q̄diu eſt locus pnīe: q: ibi erit locus iuſticie. hec ille. Jō nos cām habem⁹ ꝙ debem⁹ eū iuuare: q: ē poſit⁹ ī magna neceſſitate. Et h̄ quantū ad pmū.

¶ Quātū ad ſcḋm eſt ſciēdū: ꝙ amici obli gātur ſpecialiter eū iuuare: q̄ cū eo come derūt: biberūt: dormierūt: trufauerūt: lo cuti fuerūt ⁊c. modo oīa bona ſua in mor te receperūt. agros: vineas: pecunias ⁊c. Tales eñ teneṅṫ rōne ꝓpinq̄tatis/ vtili tatis/ ⁊ familiaritatis. ideo iſtū defunctū illaqueatū/ vinculatū/ incarceratū/ ī pur gatorio clamātē ad nos ꝓ ſua liberatiōe oēs debemus iuuare: ore ⁊ opere. ſ. orōni bus/ et elemoſynis. nā Prouer. xvij. ſcribi tur. Omni tpe diligit q̄ amicus eſt: et fra ter in anguſtijs cōprobaṫ vt ſit adiut⁹ ve ſtris orōnibus: poſſit illud pſ. xxxvij. dice re. Amici mei et ꝓximi mei aduerſum me appropinquauerūt. ⁊ nos inueniemus q̄ faciet ſimile pro nobis: vt gloriā dei cōſe quamur. Ad quam ⁊c.

¶ Alia collatio pro mortuis.

Elinquo mūdū Job. xvj. Btūs Greg. xxiij. moral. ita dicit. Electis ſu is ad ſe pergētib⁹ dn̄s iter aſperū fecit: ne dū quiſq̄ delectatur in via: obliuiſcatur quod deſi derabat in patria. hec ille. Ex qua autori tate habetur ꝙ perſone electe et iuſte: q: vitam celeſtem deſiderant: ideo volūtarie in mūdo iſto remanere nolūt. Rō eſſe po teſt: q̄n eñ aliq̄s viuit cū magno labore: cū magna anguſtia et dolore: ſi cogitat ꝙ per mortē/ et relinquendo mundū iſtum: euadet illum dolorē: in iſto mūdo ampli us remanere nōvult. Figurā hui⁹ habem⁹ iij. Reg. xix. cum eñ helias a regina ſama rie iezabel pſequereṫ: timuit helias: ⁊ ſur gēs ibat q̄cūq̄ eū ferebat volūtas. Cūq̄ veniſſet in deſertū viā vni⁹ diei; ⁊ ſederet A

iuxta vnā iuniperū: petijt aīe ſue vt moreref: et exiret de mundo iſto: et ait. Sufficit mihi dn̄e: tolle aīam meā. Sȝ ecōtra cum ꝗs viuit in iſto mundo cū delectatione/ et placentia magna: nūꝗ̄ vellet relinquere mūdū iſtū. Modo viri iuſti ⁊ amici dei/ opa bona facientes: dū ſunt in h̄ mūdo: ſunt in anguſtia et dolore poſiti. Ita dixit xp̄s Io. xvj. In mūdo preſſurā habebitis: ſed confidite: qꝛ ego vici mundū. Sed econtra viuūt pctōres cū delectatione in hoc mūdo: ideo ſemp vellent eſſe in mūdo. Ideo de talibꝰ loquēs btūs Bern̄. ita dicit. Bona mors iuſti ꝓpter requieȝ: melior ꝓpter nouitatē: optima ꝓpter ſecuritatē. Sequitur econtra. mors peccatoꝝ peſſima. Mala ſiquidē in mūdi amiſſione: peior in carnis ſeparatiōe: peſſima in itineris igniſqȝ duplicis conſumptione. hec ille.

¶ Modo iſte defunctus quātū hoīes valent exteriꝰ iudicare: erat talis: quia ī bonis operibus et iuſtis perſeuerabat. ⁊ dic ſic tibi videbitur. Ideo inter huiꝰ mundi varietates affligebaf: ideo poterat dicere illud Iob. viij. Ego nō ſuȝ de hoc mūdo. Propt̄ qȯ libēter exiuit de mūdo: ⁊ aīam ſuā reddidit creatori ſuo. et iō in eiꝰ pſona cantat eccl'ia ſuper funus. Anteꝗ̄ naſcerer nouiſti me: ad imaginē tuā dn̄e formaſti me: modo reddo tibi creatori aīam meam. Poteſt igit̄ vobis dicere ꝟba preaſſumpta. Relinquo mundū ⁊c. In ꝗbus quidē verbis duo oſtendit.

Primo ꝙ a ſe elōgauit: ⁊ abiecit om̄e impediens. qꝛ relinquo.

Scd̄o ꝙ contēpſit: et effugit oē inficiēs. quia mundū.

¶ Quantū ad primū eſt ſciendū ꝙ nihil eſt qȯ ita impediat hoīem in hoc mūdo: ne poſſit ad deū ire: ſicut pctm̄. pſ̄. cxviij. Longe a pctōribus ſalus. et qꝛ ille qui eſt in peccato: eſt longe a deo: ſepe errat de ipſo. nimia em̄ elongatio ſm̄ Baſiliū fac̄ errare hoīes. ſic ponit exēplū ī ſole: cū ſit ſaltē octies maior tota terra: ꝓpter tn̄ nimiā elongationē valde paruꝰ eſſe videf. Eodē modo cum pctōr ſit a deo nimis elōgatus: nō cognoſcit deū quantus ſit. i. ꝙ̄ȝ potens ⁊ immenſus: qꝛ ſi cognoſceret ipſum timet. Vierem̄. x. Quis nō timebit te o rex gentiū. Ideo iſta perpēdens defunctus iſte: peccata reliquit confitēdo diligenter et ſatiſfaciendo ⁊c. dic ſicut tibi videbitur. ſciebat em̄ illud ꝟbū quod habetur Prouerb. xxviij. Qui confeſſus fuerit peccata ſua et reliquerit ea: miām conſequetur. Et hoc quantū ad primū.

¶ Quantū ad ſecundū eſt ſciēdum ꝙ mūdus inficit et maculat aīam: qꝛ aufert ſibi illud qȯ aīam ornat. ſ. charitatem diuinam: qꝛ ſicut dr̄. j. Iob. ij. Si quis diligit mundū: non eſt charitas patris in eo. qꝛ amor mundi reddit hoīem ſordidum ⁊ fetentem: qꝛ vt dr̄ ibidem. omne quod eſt in mundo: aut eſt concupiſcentia carnis: aut cōcupiſcētia oculorum: aut ſuperbia vite. Ideo iſte defunctus pn̄ſ hodie propter iſta oīa/ mundū contēpſit et reliquit et preparauit ſe confitendo et ſatiſfaciendo. ſacramēta eccl'iaſtica deuote recipiendo: vt in celeſti gloria habitaret. vnde ſi forte indiget nr̄is orōnibus: placeat vob̄ ꝓ anima eius deū orare: vt inueniatis ꝙ̄ idem faciat ꝓ vobis: et habebitis hic diuinam gratiam: ⁊ in futuro eius gloriā. Ad quam nos perducat ieſus marie.

¶ Alia collatio pro mortuis.

INtēde aīe mee ⁊ libera eā. ⁊ pſ. lxviij. ſcribitur pn̄s verbū. Btūs Hieronymus volēs oſtendere qualiter dolorē ⁊ malū alterius ſentire debemꝰ: ⁊ iuxta poſſe iuuare cū a nob̄ petit auxiliū: ita dic̄. Iubet deꝰ alterius anguſtias vt tuas ſentire. ⁊ quo modo ſi eſſes tu in tali tribulatione: tibi ſubuenire cuperes: ita ⁊ tu ſubuenias alteri ꝓpter deū. hec ille. Ex qua autoritate pōt formari talis regula. ꝙ ille quiꝰ eſt in captiuitate vel tribulatione: ſi clamet ad nos ⁊ petat adiutoriū: tenemur adiuuare. qȯ declaraf dupliciter. a

Primo exemplo naturali.

Scd̄o teſtimonio figurali.

¶ Primo exemplo naturali. Dicūt naturales ꝙ camelis iſta pietas ineſſe dicitur vt ſi aliꝗs egritudine detentus: in grege nō manducat: ceteri cōpatientes abſtinēt ſic ⁊ nos primū in neceſſitatibꝰ debemus iuuare: ⁊ ei cōpati. Ita faciebat beatus Paulus: ꝗ dicebat. ij. Coꝝ. xj. Quis infirmatur ⁊ ego nō infirmor?

¶ Figuram habemus Exod. iij. ꝙ filij iſrael dolorosa captiuitate affligebanf in

egypto:qꝛ ad amaritudineꝫ perducebant
vitā eoꝝ operibus duris luti et laterꝫ.id⸗
circo oſtenderūt deo ſuā doloꝛoſam capti
uitatē. vñ ingemiſcētes filij iſrael vocife
rati ſunt:et clamoꝛ eoꝝ aſcendit ad deū.
Quo facto ſtatim compaſſus eſt:et contu
lit auxiliū.vñ dixit ad moyſen.Uidi affli⸗
ctionē populi mei q̄ eſt in egypto: et cla⸗
moꝛem eoꝛum audiui:ideo deſcendi vt li⸗
berem eum.

¶ Modo iſte defunctus ſicut et alij :.qui
ſunt in purgatoꝛio:eſt poſitus in captiui
tate crudeli.Quod declaratur ſic.volenti
em̄pſiderare diligēter:apparebit ꝙ nulla
doloꝛoſioꝛ ꝛ crudelioꝛ captiuitas q̄ moꝛ⸗
tuoꝝ in purgatoꝛio: nec magis indigens
alieno auxilio et ſuffragio : qꝛ ſunt extra
terrā pꝛopꝛiam exulati:incarcerati et vin
culati.nam ipi ponunt in purgatoꝛio:vt
in carcere teterrimo.vñ ps.cxlj. Educ de
carcere(al's de cuſtodia)aīaꝫ meā.Et nō
ſolum in terra aliena :ſed etiaꝫ ſub terra.
vñ ps.lxxxvij. Poſuerūt me in lacu infe⸗
rioꝛi in tenebꝛoſis ꝛ in vmbꝛa moꝛtꝫ. Et
nō ſolū iſta ſuſtinēt:imo adhibent hec.ſ.
ignis:fletus hoꝛribilis: ſtridoꝛ dētium:ꝛ
multa alia toꝛmena:q̄ eſt ſūme doloꝛoſa.
Ideo iſte defunctus cuilibet noſtrū ſuo
clamoꝛe inſinuat ſupplicādo vt confera⸗
mus ei auxiliū:dicens verbum thematis
pꝛeaſſumpti. Intēde aīe mee ꝛc. In qbꝰ
quidē verbis duo petit. videlꝫ
Pꝛimo ꝙ ſuā egeſtatē cōſideremus.quia
intende aīe mee.
Scđo ꝙ noſtrā pietatē ſibi non negemꝰ.
qꝛ dic libera eam.

¶ Quantū ad pꝛimū eſt ſciēdū/ꝙ anima
iſtius defuncti ita fuit in moꝛte nudata ꝛ
depauperata:ꝙ ſibi penitus nihil remā⸗
ſit de hac vita:niſi modicus pannus cum
quo iuit ad ſepulcrū.et ideo cū neceſſitas
et nuditas pximi hoīem ꝓuocet ad ad⸗
iuuandū:et iſte ſit in purgatoꝛio ſine hu⸗
mano auxilio:ꝛ acerbiſſimis penis affli⸗
ctus : ideo dicit nobis cum Ps. cxiiij'.
Conuertere anima mea in requiē tuam:
B qꝛ dñs bñfecit tibi ꝛc.

¶ Quantū ad ſcđm eſt ſciendū : ꝙ quat⸗
tuoꝛ modis ſoluuntur a penis purgatoꝛij
aīe defunctoꝝ.Pꝛimo miſſarū celebꝛatio
ne.vñ hoſtia in tres partes diuidit. Illa
que ponit in ſanguine ꝓ viuis offertur:
vt deus det eis gratiā et perſeuerantiā.
Alia ꝓ his qui ſunt in purgatoꝛio:vt cō⸗
ſequātur veniā . Alia ad grarū actionē ꝓ
his qui ſunt i gloꝛia.Eadē rō cum dr ſan
ctus et agnus. Dicit em̄ beatus Auguſt.
ꝙ mīa miſeris eſt neceſſaria.et iō dicimꝰ
miſerere nobis in hoc exilio. miſerere no
bis in purgatoꝛio.dona nobis pacem in
paradiſo.Scđo oronibus iuuant.dr. ij.
machabeoꝝ.xij.Sctā et ſalubꝛis eſt cogi
tatio ꝓ defunctis exoꝛare:vt a pctīs ſol⸗
uant.Tertio elemoſynarū largitione. vñ
Tob.iiij.dr.Elemoſyna ab omni peccato
ꝛ a moꝛte liberat:et non patiet aīam ire
in tenebꝛas:vñ Aug.in enchiridion.necꝫ
negandū eſt aīas pietate ſuoꝝ viuentiuꝫ
releuari : cū pꝛo illis mediatoꝛi ſacrificiū
offertur:vel elemoſyne fiūnt.h' ille.Quar
to amicoꝝ afflictione.vt cū quis ꝓ eis ie⸗
iunat: peregrinat ꝛc. Hoc idē habetur in
decretis.xiij.q.ij.ca.aīe defunctoꝝ. Ideo
q̄uis iſte defunctus fuerit bene cōfeſſus
ꝛc.ſupplicat tñ vobis : ꝙ velitis iſtis q̄t⸗
tuoꝛ modis ipſum iuuare: et a penis pur
gatoꝛij:ſi foꝛte ſuſtinet:liberare. ꝛ ſine du
bio inuenietis qui idē faciat ꝓ vobis : et
habebitis hic diuinam gratiam:ꝛ in futu
ro ſuam gloꝛiā. Ad quam ꝛc.

¶ Alia collatio ꝓ moꝛtuis.

AModo iam di⸗
cit ſpūs vt requieſcāt a la
boꝛibus ſuis:opa em̄ illo⸗
rū ſequuntur illos. Apoc.
xiiij. In iſtis verbis tangū
tur tres rationes:pꝛopter quas nullꝰ de⸗
bet triſtari:ſed per oppoſitū cōſolari ſup
moꝛte defuncti.
Pꝛima reſpicit diuinā voluntatē . qꝛ hoc
dicit ſpūs.i.deus.
Scđa reſpicit moꝛtuoꝝ felicitatē. i. hoc
vult deꝰ:qꝛ requieſcant a laboꝛibꝰ ſuis.
Tertia reſpicit ipſoꝝ vtilitatem.qꝛ opera
illoꝝ ſequunt illos.

¶ Pꝛima ergo rō quare nullꝰ debet ſuper
moꝛtuū ploꝛare:aut triſtari:reſpicit diui
nā volūtatē.qꝛ hoc iā dicit ſpūs qui.ſ. eſt
deus.Spūs eſt deus. Ioh.iiij.ꝛ.ij. Coꝝ.
iij. Pꝛo iſtis aūt tribus punctis adduco
duodecim rōnes:quas pene oēs aut plu
res tangit beatꝰ Hierony.in epl'a ad tira
ſium conſolatoꝛia. quas etiā miſit frater
Uincētiꝰ ad regē ludouicū ſuper moꝛte

filij ſui primogeniti ludouici. Prime aūt
q̄ttuor reſpiciūt diuinā volūtatē:cui nul
li licitū eſt ſe diffoꝛmare.alie q̄ttuoꝛ reſpi
ciunt moꝛtuoꝝ felicitatē:alie q̄ttuoꝛ reſpi
ciūt viuoꝝ vtilitatē. Pꝛima rō eſt diuine
voluntatis conſideratio:cui in oīb9 debe
mus nos cōfoꝛmare.vn̄ dicit ibi Hierō.
Si noſtros defunctos deplangimus:q̊s
tn̄ reſurrecturos credim9: quid facerem9
ſi moꝛi tm̄ preciperet dn̄s:voluntas eius
vtiq̄ȝ ſola ſufficit ad ſolatiū:cui nullū pre
ponere iubemur affectū.h̄ ille. Huic etiā
ſententie hieronymi conſonat ſeneca in
epl̄a ad lucillū. Placeat homini quicq̄d
deo placet ob ip̄m ꝙ deo placet. Iob.ij.
Quodcūq̄ȝ dixerit vobis facite. Secūda
rō eſt equitatꝭ cōſideratio:qua licitum et
iuſtū eſt cuiq̄ȝ qd̊ ſuū eſt recipere. vn̄ ibi
dem ſubdit Hierony. Nihil abſtulit tuū:
qui dignatus eſt accipere ꝓpꝛium.credi-
tum ſuum decuit recipere creditoꝛem. et
nihil aliud decet ꝙ creatoꝛi gratias age-
re mutuanti et dicere cū iob dicente.c.j.
Dn̄s dedit dn̄s abſtulit ſicut dn̄o placuit
ita factū eſt ꝛc.De hac debiti ſolutione dꝛ
Eccl̄s.xij. Reuertetur puluis in terrā ſuā
vnde erat:ꝛ ſpūs ad deū qui dedit illum.
Et ſap̄.xv. Reducit ſe vnde acceptus eſt:
repetitus anime debitum quā habebat.
ꝛ Sap̄.xij.Quis dicet tibi.q̄d feciſti?Ter
tia rō eſt conſideratio neceſſitatis: q̄ om-
nes diuina lege ſum9 ad moꝛiēdū aſtricti
iuxta illā dei ſn̄iam. Quacūq̄ȝ die cōede-
ris ex eo:moꝛte moꝛieris. Gene. ij. vnde
in perſona moꝛtui dicit cuilibet viuenti
Eccl̄i.xxxviij. Memoꝛ eſto iudicij mei.i.
moꝛtis inflicte homini iuſto dei iudicio.
ſic etenim erit et tuū.i.moꝛieris et tu ſicͭ
et ego moꝛtuus ſum. Nā quis eſt q̄ viuet
et non videbit moꝛtē? quaſi dicat nullus
pſ̄.lxxxviij.tibi em̄ et in bꝛeui moꝛs ve-
niet. qꝛ ſicut dicit gregoꝛi9. bꝛeue eſt q̄c-
quid finē hꝫ.vn̄ ibidem in Eccl̄iaſtico ſe-
quitur. Mihi heri et tibi hodie.hoc eſt.
meū iudiciū iam preteriuit: et tuum iam
imminet.vn̄ bene dicit:hodie.et nō cras
qꝛ ipſum preſens vite nr̄e tempus via eſt
ad moꝛtē.ita ꝙ viuendo moꝛimur. vnde
Augu.hanc vitā moꝛtalē/vocat etiā moꝛ
tem vitalē. Huic etiā ſn̄ie alludit ſeneca
epl̄a.xxiiij.Quotidie (inquit) moꝛimur:
qꝛ quotidie pars aliqua vite demitur: et
tunc quoq̄ȝ vita decreſcit: cū creſcimus.
Idem.lv.epl̄a. In hoc niſi falloꝛ erram9:
ꝙ moꝛtem ſequi iudicamus: cū preceſſe-
rit et ſecutura ſit. quicquid em̄ ante nos
fuit moꝛs eſt.hec ſeneca. Hinc etiam Gili
bertus cenomañ. loquens de exilio ſuo
in metro luſit hoc modo. Hec ē lex homi-
nis ſemꝑ cum tēpoꝛe labi: Et ſemꝑ qua-
dam cōditione moꝛi. Ideo recte dicit. ij.
Reḡ.xiiij.Oēs moꝛimur ꝛ quaſi aque di
labimur. Hec ḡ cōſideratio debet nos fa
cere moꝛtē amicoꝝ equanimiter tolerare
vn̄ ſeneca in epl̄a ad lucillū. Que querela
qd̊ incommodū ſi qd̊ debebat deficere de
ficit? Hinc etiā ambꝛoſius dicit vbi.ſ̄.li-
bꝛo.ij.Quid abſurdius,q̄ȝ id qd̊ ſcis oīb9
eſſe preſcriptū quaſi ſpeciale deploꝛes.h̊
eſt aūt ſupꝛa conditionē tuā te extollere:
legē cōem non recipere:nature conſoꝛtiū
recuſare: ꝛ carnis ipſius mēſuraꝫ neſcire
q̄d abſurdi9 ꝙ neſcire qd̊ ſcis: ꝛ affirmare
qd̊ nō ſcis:aut q̄d impꝛudenti9 q̄ȝ qd̊ fu-
tuꝝ ſcias:id cū acciderit ferre nō poſſes.
Ne aūt aliquā excellentioꝛē nature pꝛero
gatiuā nobis videamur arrogare: aut cō
muneꝫ recuſare:moꝛs equalis eſt oībus
hec Ambꝛoſi9.De hac etiā moꝛtis eq̄tate
vel equalitate dicit Boeti9 de cōſolatiōe
li.ij.metro.vij. Moꝛs ſpernit altā glīam
inuoluit humile pariter et celſum caput:
Equatq̄ȝ ſummis infima. Idē hoꝛati9 in
lib̄. carminū odarū. Pallida moꝛs equo
pulſat pede pauperum tabernas: regūq̄ȝ
turres vita ſumma bꝛeuis oēs manet vna
moꝛs equa tellus pauperi recludit regū-
q̄ȝ puluis. Alius quoq̄ȝ poeta claudian9
ſcꝫ ait. O moꝛs:ſub tua purpurei veniunt
veſtigia reges:Depoſito luxu turba cum
paupere iuxta. Omnia moꝛs equas tu dā
natura:nocentes:Tu requiē datura pijs
te iudice ſontes Impia cogētur vite com
miſſa fateri. Quarta ratio eſt cōſideratio
diuine diſpoſitiōis: qꝛ nouit quātū expe
diat hoī viuere:ꝛ qn̄ moꝛi.vn̄ dic̄ ibi Hie
ronymus. Plāgimus beneficia dn̄i q̄ no-
uit quid noſtre preſtet infirmitati.hoc eſt
qd̊ dicit ab ip̄o dn̄o Mat.vj. Scit em̄ pr̄
veſter q̄d opus ſit vobis. Hinc Aug. ī li.
ſoliloquioꝛū. De ſalute (inquit) coꝛpoꝛis
mei ꝙdiu quid mihi vtile ſit neſcio: tibi
dn̄e hoc cōmitto.vn̄.j.Pet.v. Oēm ſolli-
citudinē veſtrā ꝓijcientes in eū:qm̄ ipſi
cura eſt de vobis. Pro hac rōne facit illō
Luc̄.vij.Dico huic vade ꝛ vadit:ꝛ alio ve
ni ꝛ venit:ꝛ ſeruo meo fac h̊.ꝛ fac̄. Pꝛopͭ
iſtas q̄ttuoꝛ rōnes; nō eſt multū ploꝛādū

ſuꝑ mortuo: eo qꝛ iſta eſt volūtas diuina:
cui qlibet dꝫ ſe ꝯformare in volito ſi ꝯſtet
ſibi illō velle dn̄m: ſic ꝯſtat nobis ꝙ dn̄s
vult iſtū eſſe mortuū: qꝛ aliter mortuꝰ mi
nime fuiſſet: niſi deꝰ illō efficaciter voluiſ
ſet. hoc em̄ iam dicit ſpūs. Luce. xx. Ma
giſter ſcimus quia recte dicis ꝛ doces.

¶ Sequit̄ ſcd̄a pars thematis: ī qua ſub
ditur etiā rō quadruplex ꝓpter quā non
multū eſt triſtādū ſuper mortuū. ſ. ꝓpter
mortuoꝝ felicitatē. qꝛ reqeſcūt a laboribꝰ
ſuis. Prima rō eſt ꝯſideratio future reſur
rectionis: in qua. ſ. ad vitā reducent̄: qui
cū dolore amittūtur: ſm illud. j. Cor. xv.
Omnes quidē reſurgemus. Hec em̄ cōſi
deratio debet eſſe lugentiū cōſolatio: ſm
illud. j. ad Theſſalonicē. iiij. Nolumꝰ vos
ignorare de dormientibus: vt nō cōtriſte
mini ſicut ꝛ ceteri qui ſpem non habent.
Hic etiam Hieronymꝰ vbi ſupra poſuit
omniū gaudiorū cōfirmationem. ſequit̄
ꝙ in reſurrectione ſcꝫ inuicē nobis a dn̄o
reformati reddent̄. ſicut ſcriptū ē. Si em̄
credimus ꝙ ieſus mortuus eſt ꝛ reſurre
xit ꝛc. Itaqꝫ ſi ſcutū fidei tue penetratuꝫ
vulneribus orbitatis: que ſopire debue
rat ſpes reſurrectionis. nunꝙ em̄ cū do
lore cōcordat ſpes: nec quācunqꝫ iacturā
ſentit fides. Idē etiā dicit ad Theodorā
ſuꝑ morte lucini viri ſui. Aduerſus mor
tis neceſſitatē que īterdiuidit chariſſima
inter ſe noīa crudelis ꝛ diuiſa ſociat: hoc
ſolo erigimurꝙ in breui viſuri ſumus: qō
abſentes dolebamus. Neqꝫ em̄ mors ap
pellatur ſm aplm̄: ſꝫ ſomnus. hec Hiero.
Hinc etiam beatus Ambroſius in lib. de
officijs vbi ſupra lib. ij. Mortē itaqꝫ pro
bamus non eſſe lugendū. Primo qꝛ cōis
eſt atqꝫ debita cunctis. deinde qꝛ nos a
ſeculi huiꝰ abſoluit erūnis: poſtremuꝫ qꝛ
ad modū ſomni a labore mūdi requieſce
re facit in ſpe reſurrectionis. Idē in lib. j.
Ceſſabūt igit̄ lachryme mee: qꝛ dꝫ aliqd
inter fideles et perfidos intereſſe. Fleant
ſuos qui in perpetuū eos interiſſe exiſti
māt: qꝛ ſpē reſurrectiōis nō hn̄t. ſꝫ nobis
qbꝰ nature mori huiꝰ vite finis eſt: qꝛ na
tura ipa reparabit̄ in melius: mortis ca
ſus abſtergat oīs fletus. hec Ambroſius.
Itaqꝫ de morte amici luctꝰ vel triſticia ſꝫ
moderari ꝛ maxime iuxta meritum ipius
defuncti: iuxta illud Eccl'i. xxxviij. Amare
fer luctū illius vno die vel duobus. i. par
uo tpe ſm magis vel minꝰ. ꝛ hoc ſm me
ritū eiꝰ: qꝛ ſm ꝙ iuſtior eſt minꝰ lugēdus
eſt. Nā de morte amici iuſti nō debemus
triſtari: ſꝫ potius gratulari. tum propter
eius vtilitatē: qꝛ pericula ꝛ miſerias eua
ſit. tum etiam ꝓpter noſtrā: qꝛ liberius ꝙ̄
ante pro nobis ad deū interceder.

¶ Alia collatio pro mortuis.

Cecidit in terrā
bonā. Luc. viij. Illuſtriſſi
me princeps congregatio
preſens eſt congregata hic
veſtro intuitu ad cōmēdā
dum et repreſentandum defunctionē in
clyti et illuſtris dn̄i ducis grande. Et ſm
ꝙ dicit Bernar. in lib. de agenda cura ꝓ
mortuis: tales cōmemorationes et repre
ſentationes fiūt ꝓ recōmendatione mor
tuorum et informatione viuorum: et ideo
in preſenti due imaginatiōes mihi occur
runt pro noſtra informatione.

Prima imaginatio pro noſtra informatio
ne eſt ꝙ obitus iſtius illuſtris ducis eſt
triſtabilis: quia incurrit penam genera
lem: quod probat prima pars thematis
cum dicit. cecidit.

Scd̄a imaginatio ꝙ eius obitus eſt cōſo
labilis: quia ſuccurrit gratia diuinalis:
quod tangitur in ſecunda parte thema
tis. in terram bonam.

¶ Pro aliquali iſtiꝰ imaginationis decla A
ratione/ notandū ꝙ ſtare ꝛ cadere ſunt cō
traria. et ſm veritatē theologicā: quā po
nūt doct̄. tēpus innocētie ante pctm̄/ fuit
tēpus ſtandi per gratiā. tunc em̄ hoīes ſte
tiſſent ſi in gratia conſeruati fuiſſent. tem
pus ſcd̄o nature lapſe per culpā/ fuit tēpus
cadēdi per peccatū et penā: que eſt mors:
quā oēs generaliter incurrūt. qꝛ per vnū
hoīem intrauit pctm̄ in mundū: ꝛ per pec
catū mors. ad Roma. v. angelus ꝛ hō pec
cauerūt per ſuperbiā: iō de ſtatu venerunt
in caſum. ꝓpter qō dauid abhorret illam
ſuꝑbiā: q̄ angelos ꝛ hoīes facit cadere di.
Nō veniat mihi pes ſuperbie ꝛc̄. pſ̄. xxxv.
ſequit̄. Ibi ceciderūt ꝛc̄. ſ. angeli ꝛ homi
nes: expulſi ſunt: ꝛ nō potuerūt ſtare. De
angelo primo qui cecidit per peccatū ſuꝑ
bie dr̄ Eſaie. xiiij. Quō cecidiſti lucifer ꝛc̄.
de hoīe ſcd̄o cum tota ſua poſteritate. Eſa.
lxiiij. Cecidimus quaſi folium vniuerſi.

¶ Nota ſuꝑ iſto termino vniuerſi: ꝙ nō ex

Sermo p defunct. dnica. 22.
post penthe
[illegible] fo. 28. b

cipit aliquē a ſua iuriſditiōe ⁊ poteſtate.
Vñ Sap. vij. dicit ſalomon/ ꝙ oēs hoīes
gñaliter ſine exceptione habēt eūdem mo
dū naſcēdi: et eūdē modū moriēdi. Nemo
inquit ex regibus aliud habuit natiuitatꝫ
initiū. Unus introitus eſt oībus ad vitā.
et ſimilis exitus. qđ eſt valde triſtabile et
flebile. vñ verſus. Mors dñm ſeruo : ſce-
ptra ligonib⁹ equat: Diſſimiles ſimili con
ditiōe trahit. Paupis ⁊ regis cōis lex mo
riēdi: Dat cām flēdi: ſi bñ ſcripta leg. Vñ
diogenes inuētus ab alexandro in quodā
cimiterio: vbi erāt multa oſſa mortuoꝝ: ⁊
ea reuoluēs interrogat⁹ ab eo cur illud fa
ceret. Rñdit perquiro drīam inter oſſa re
gū ⁊ ſubditoꝝ: nobiliū et ignobiliū: diui-
tū et pauperū: ⁊ nō inuenio. De oīb⁹ gña
liter dꝛ de dño et ſeruo ⁊ paupere et ruſti-
co ⁊c. cecidim⁹ quaſi foliū vniuerſi. a quo
caſu nō fuit exceptus iſte illuſtris dux: ꝓ-
pter qđ dixi in principio iſti⁹ imaginatio-
nis: ꝙ eius obitus eſt triſtabilis. qꝛ incur
rit penā generalē: qꝛ cecidit iuxta pmā
partē thematis. Et qꝛ iſta pena eſt mors:
que facit homīes cadere iuxta thema: ha
beo in preſenti iſtā ꝯſiderationē: ꝙ mors
eſt vnus magnus grāmaticus: ⁊ ſcit bene
ꝙ ſex ſunt caſus in grāmatica, ſcilꝫ

Nominatiuus.
Genitiuus.
Datiuus.
Accuſatiuus.
Uocatiuus.
Ablatiuus.

Per quos caſus facit hominem cadere di
uerſimode.

Primo reges ⁊ prelatos ꝑ nominatiuū.
Scđo diuites auaros per genitiuum.
Tertio iudices malos per datiuum.
Quarto dominoꝝ priuatos et familiares
per accuſatiuum.
Quinto aduocatos per vocatiuum.
Sexto fortuna ſublimatos ꝑ ablatiuū.

¶ Primo ⁊c. iſti cōiter ſtudent habere ma
gnū nomē ⁊ vitā ſtrenuā viuēdi, cōqueſtā
do nomē ⁊ famā ꝑ guerras ⁊ cōqueſtas: qꝛ
ſicut dicit Iſiđ. xvij. etymo. Oē regnū bel
lis cōquiritur: victorijs ꝓpagaꝛ. Sic fece
rūt greci. ſic troiani. ſic romani. ſic habue
rūt noīatiuū hercules/ achilles/ iulius ce
ſar. ſcipio african⁹: quoꝝ imaginatio fuit
ꝙ haberēt noīatiuū. ſic ꝙ ꝑ talia opa cor
poris: quā ꝯſeruare nō poterāt: ſaltē ꝑpe
tuareꝛ vita in noīb⁹ eoꝝ. Imaginatio de
iſto noīatiuo improbaꝛ a Boe. ij. de cōſo.
proſa. iij. et per multas ratiōes ⁊ ſignāter
per tres.

Primo qꝛ ille nominatiuus per breue ſpa
cium diuulgatur.
Secundo quia talis nominatiuus a mul
tis improbatur.
Tertio qꝛ per mortē ſilentiū aſſignatur.

¶ Dico pmo ꝙ illud noīatiuum qđ volūt
reges et nobiles nō eſt magne glīe: qꝛ per
breue ſpaciū diuulgaꝛ: quia ſolū ꝑ ſpaciū
terre de qua cōſtat ſm aſtrologos: ꝙ non
eſt niſi vn⁹ pūct⁹ reſpectu celi. Itē de illo
breui ſpacio terre/ ſm ꝙ dicit Ptolome⁹:
vix quarta pars terre eſt habitabilis. ſi ģ
de vno pūcto tertia pars dirimiꝛ: iā illud
noīatiuū erit breuiſſimū. Itē quia adhuc
ad illā quartā ptē terre habitabilē vix per
uenit illud noīatiuū. ¶ Dixi ſcđo ⁊c. nam
ſm ꝙ ponit ibi Boe. qđ vna gens appro-
bat: alia improbat. De hoc exemplū magi
ſter Nico. de trineto in glo. apud ſcythas
laudabile iudicaꝛ parētes mortuos: ne a
vermib⁹ corrodanꝛ: comedere apud alios
improbaꝛ. Scđo apud eoſdē laudabile ē
parētes ſexagenarios īterficere: apud ali-
os vituperabile. ¶ Dixi tertio ꝙ ꝑ mortē
⁊c. nota de ludo ſcatoꝝ: qñ in burſa mitti
tur: oēs aliqñ reges ſunt inferiores ⁊c. vñ
verificaꝛ de talib⁹ qđ ſcribiꝛ Sap. ij. No-
mē noſtrū obliuionem accipiet.

¶ Dixi ſcđo principaliter ⁊c. Iſti ſunt qui
male cū vſura ⁊ baratharijs accipiūt ⁊ ac
quirāt pecunias. ꝗ male expēdūt ⁊ peius
xpi pauperibus diſtribuūt. Pena iſtoꝝ vt
cōiter eſt diuino iudicio ꝙ in heredib⁹ et
legitimis ſucceſſorib⁹ puniunꝛ. Cōiter dꝛ
De male acqſitꝫ nō gaudebit terti⁹ heres
Et de talib⁹ dicit dauid pſ. xlviij. Et relin
quent alienis diuitias ſuas. Ideo in iſtis
mors facit cadere per genitiuū: qꝛ non di
mittūt heredem ab eis genitum.

¶ Dixi tertio ⁊c. Iſtos deus cōprehendit:
qꝛ ꝑuertūt iudiciū ꝑ datiuū caſum. ſ. per
dona ⁊ munera: de qb⁹ Deuꝛ. xvj. Mune
ra excecāt oculos ſapiētū: et mutāt verba
iuſtoꝝ. ⁊ Eccłi. xx. Xenia ⁊ dona excecant
oculos iudicū. ⁊ m. c. xxxiiij. Dona iniquo
rū nō ꝓbat altiſſim⁹. Ecce quō mors facit
cadere iudices per datiuū. Nota de cābiſe
iudice malo excoriato. reqre exēplū de ma
lo iudice in ſermone dñice quarte in. xl. ꝗ



..OTECA UNIVERSITARIA DE

incipit. Eijce ancillam et filium eius.

¶ Dixi quarto. multotiens qui magnis regibus et principibus ſunt magis familiares et coniuncti: facilius cadūt etiam per mortem. exēplum Boe. de ſene qui fuit familiaris neronis imperatoris.

¶ Dixi quinto ꝛc. iſti qui per iſtum caſum cadūt: ſunt illi de quibus xp̄s Mat. xxiij. ꝙ amāt primas cathedras ī ſynagogis et ꝑmos accubitos in terris: ꝛ vocari ab hominibus rabbi. Iſti vocātur per multos: et inuocātur oēs ſemel: ſed vocatiuus eorū nō ſemꝑ permanet: ideo cadēt. Rō eſt: q2 de eis dicit ps̄. xlviij. Vocauerūt nomina ſua in terris ſuis. Iſti vocātur ꝛ habēt vocatiuū ſuū in terra: ꝛ non in celo. Et rō eſt: q2 null9 hꝫ vocatiuū niſi habeat noīatiuū. Iſti nō habēt noīatiuū in celo: ſꝫ in terra: ergo nō habēt in celo: ſꝫ ſolū in terra. pꝫ ad lrām Luc. xvj. de diuite dānato: qui ſepultus eſt in inferno. et de lazaro q̄ portatus eſt ab angelis ꝛc. Nota in tex. diues ille nō hꝫ noīatiuū nec noīatur: idō in textu ſine noīe ponit̄: q2 nō d̄r petrus nec iohānes ꝛc. ſecus eſt de paupere: de quo d̄r. Erat quidā mēdicus noīe lazarus. Vocatiuum iſtoꝝ cadit ꝛ delet̄ ꝑ mortē: cū ſit in terra: ꝛ nō in celo. nā q2 eſt in terra ſcriptū cōculcat̄ pedibus: et radit̄: et ꝑpetua obliuione deletur. Multi em̄ ſunt vocati: pauci xo electi in celo. Mat. xx.

¶ Dixi ſexto. noueritis ꝙ mors eſt vn9 magnus latro. pro nulla re mūdi dimittit caſum ablatiuū. Aufert hoī bona nature. ingeniū/ pulchritudinē/ fortitudinē. de bonis fortune nihil dimittit: nec pecuniā ꝛc. Nota quātūcūqꝫ ſapiēs. nā dic̄ ps̄. xlviij. Sapiēs et ſtultus ſimul peribunt: ꝛ relinquēt alienis diuitias ſuas. de hoc Iob. j. Nudus egreſſus ſum de vtero mr̄is mee: nudus reuertar illuc. Vn̄ noueritis ꝙ virgili9 preclariſſim9 poeta fecit tres libros. In ꝑmo poſuit artē paſtoralis cure. in ſecundo agriculture. in tertio artē militie ſiue pugne. et circa finē vite ſue in lib. iſto eneidos. De iſtis tribus libris per eū compoſitis: ponit in fine iſtos verſus. Paſtor/ arator/ eques/ paui/ colui/ ſuperaui: Capras: rus: hoſtes: frōde ligone manu. nec de capris ꝛc. ideo dicatur et concludatur. Cecidit in terram bonā ꝛc. Ad quam nos perducat ieſus marie filius ꝛc.

¶ Sermo pro mortuis.

Venit ad monumentū orto iam ſole. Mar. vlti. Honorabiles dn̄i mei in preſenti ſepultura huius venerabilis. N. ꝓ bona informatione viuoꝝ: et digna cōmemoratione mortuoꝝ/ iuxta duas partes preſentis thematis: duas cōtēplationes in preſenti collatione vobis intēdo declarare.

Prima contemplatio erit pro informatione viuorum.

Secunda contemplatio erit pro commēdatione defunctorum.

Prima cōtemplatio erit de quodā caſu neceſſario ꝛ ineuitabili huius defuncti. N. ſ. ꝙ venit ad monumentum.

Scd̄a cōtemplatio erit pro defuncto ſpecialiter de quodam remedio ſufficiēti et conſolabili. ſ. ꝙ diuina gratia eum ſociauit: quia venit orto iam ſole.

¶ Prima igitur cōtemplatio informatiua vel inſtructiua viuorū/ eſt vnus caſus ꝛc. A q2 hic defunctus venit ad monumētū. Vnde in iſto defuncto debent informari viui ſpecialiter de duobus: iuxta primā partē thematis. venit ad monumētū. Primū ꝙ oēs hoīes q̄ in hoc mundo viuūt: opꝫ per mortē venire ad monumētum: ſiue hoīes moriātur in terra: ſiue in aqua: ſiue ī igne: ſiue fuerint ſepulti: ſiue cōbuſti: ſiue a beſtijs comeſti: ſiue in aere ſuſpēſi. opꝫ venire ad monumentū: q2 illa loca: vbi mortui ſunt: et vbi remanēt quocunqꝫ modo: illa ſunt eoꝝ monumēta: q2 ſm̄ ſctm̄ Tho. qttuor elemēta ſunt quattuor mortuoꝝ monumēta. Hec eſt xp̄i ſnīa Ioh̄. v. loquētis de die iudicij/ ꝛ reſurrectiōe mortuoꝝ. Venit hora in q̄ oēs qui in monumētis ſunt: audiēt vocē filij dei. Cōſtat ꝙ iſta vox erit. ſurgite mortui ꝛ venite ad iudicium. Audiēt oēs hoīes mortui: vbicūqꝫ ſint. ſequitur ergo ꝙ ille loc9 erit corpoꝝ monumētū: vbi corpora erūt. Et ſic pꝫ prima informatio: quā debēt habere viui: ꝙ opꝫ eos per mortē venire ad monumentum. qd̄ in preſenti defuncto contēplat̄: de quo dicit prima pars thematis: ꝙ venit ad monumentū ꝛc. Scd̄m principale qd̄ debēt notare viui ꝓ ſua informatione et inſtructio

ne morali iuxta thema eſt: ꝙ monumētū eſt vel dicitur quaſi monens mētem: quia monet mentem hominis ad cogitandum de morte. Et quia ſm imaginationē Bernar. ſuper illud pſ. liiij. Deſcendunt in infernum viuentes. Homo poteſt deſcēdere et ire ad infernum viuens: et hoc per contemplationem/et conſiderationē eoꝝ que ſunt in inferno. Ita etiā viuētes poſſunt ire per conſiderationem ad monumentū: et ad diuerſa monumenta: et ibi videbūt quomodo gloria mundi: que in trib⁹ conſiſtit: vana eſt et tranſitoria: et nō durabilis. et ideo illam debent cōtemnere. Et reperio ſpiritualiter ꝙ debēt venire ad tria monumenta. videlȝ

Primo debent venire ad monumentum adonidis luxurioſi.

Secundo ad monumentum creſi diuitis ponderoſi.

Tertio ad monumentum alexandri honorificati et precioſi.

¶ Primo viuētes debēt venire ad monumētū adonidis: vt q̄ fingit p poetas fuit amaſi⁹ veneris: in q̄b⁹ erat tota cōcupiſcētia carnalis ⁊ luxuria. vnde Ezechiel. viij. dicit: ꝙ vidit abominationem: mulieres ſedebant flētes adonidē. Et q̄n viuentes erūt in monumēto iſtius: videāt per contemplationem q̄d eſt de iſtius luxuria. et inuenient tria. Primū ꝙ tota iſtius luxuria ⁊ delectatio carnalis p mortē annihilata eſt: ⁊ in nihilū redacta: ⁊ in cinerem modicū reſoluta. Scd̄o hic poterūt addiſcere id q̄d dixit metric⁹. Et nūq̄ meli⁹ poterit caro viua domari: Mortua qualis erit: q̄ ſemper premeditari. Tertio ꝙ carnalis delectatio eſt ſimilis pomis: que naſcunt in ſodomis iuxta mare mortuū: de quibus dicit magiſter in hiſtorijs: ꝙ ſunt pulcherrima ⁊ ſua pulchritudine incitāt cupiditatē edendi: que cū inciſa ⁊ diuiſa fuerint: in cineres reſoluunt: ⁊ cinis int⁹ latens ſedat concupiſcentiam: quā excitauerat exterior pulchritudo.

¶ Scd̄o viuentes debēt ire ad monumētum creſi pōderoſi. Iſte creſus fuit rex lidoꝝ: ⁊ ſm hiſtorias dicit fuiſſe ditiſſimus homo toti⁹ mundi. Et q̄d erunt in monumento iſtius: videbunt per contemplationem iſtius: q̄d eſt de diuitijs. ⁊ reperient tria. Primo ꝙ diuitie poſt ſe nullum relinquunt veſtigium. Sapiētie. v. Secūdo reperient ꝙ diuitie ſunt macilente vacce. quas vidit in ſomnis pharao: quibus deuoratis ⁊ cōſumptis vaccis craſſis ⁊ pulchris: nullum ſaturitatis dedere veſtigiū ſȝ ſimili macie ⁊ ſqualore torpebāt. Geñ. xlj. Tertio reperiēt ſm Hieronymum ad paulinum: ꝙ diuitie auaro nō ſufficiunt: immo faciunt eū magis pauperē. Nā ſm ꝙ dicit ibi Hieronym⁹. Auaro deeſt tam quod habet: q̄ q̄d non habet. Credēti totus mūdus diuitiarū eſt. Infidelis autē etiā obolo indiget. victus ⁊ veſtitus ſunt diuitie xp̄ianoꝝ. Apoſtoli tm̄ nauē ⁊ retia reliquerunt. vidua duo era miſit gazophilatium: ⁊ prefert creſi diuitijs. Facile eīm (dicit Hieronym⁹) contēnit omnia: qui ſe ſemper cogitat eſſe moriturum.

¶ Tertio ⁊ vltimo viuētes debent venire ad monumētum alexādri honorifici ⁊ pōpoſi. Alexāder ſm ꝙ dicunt hiſtorie: fuit monarcha: ⁊ habuit dominiū duorū imperiorum. ſ. aſie ⁊ europe: qui audiens a quodam milite ſuo ex autoritate democriti philoſophi/ꝙ innumerabiles mundi eſſent: ingemuit et ait. Heu: heu me miſerum: ⁊ vix ego vno potitus ſum. Veniant ergo viuentes ad monumētum alexandri honorifici et pompoſi: et per contemplationem ibi videāt tria. Primum ꝙ illi cui nō ſufficiebat mūdi latitudo: ſub vno pugillo cineris continetur vel concluditur. Secundum videbunt ꝙ verum habet expoſitio philoſophorū de admiratione ſua ſup lapide paruiſſimo precioſo alexandro miſſo: talis ꝓprietatis: ꝙ poſitus in vna parte ſtatere plus ponderabat q̄ quodcunq̧ pondus mundi lapidis vel ferri poſitum in alia parte: tamē illi lapidi modico cinere ſuperpoſito: plus pōderabat in alia parte ſtatere vnum granum milij: q̄ ipſe lapis. Quod philoſophi expoſuerunt dicentes ꝙ ille lapis quid eſſet: ipſe indicabat: quia in vita ſua prepōderabat omnibus hominibus mundi: tamen in morte ſua modico terre vel cinere ſuper eum poſito in ſepulcro/prepōderaret granum milij: vel quecunq̧ alia res modici valoris. Tertium videbunt virtutes alexandri in monumento ꝙ ſententie dicte de eo/per plures philoſophos in die mortis ſue: oēs continent omnimodā veritatem.

vnus dixit. Heri alexander potuit multos
a morte liberare: hodie nō pōt mortis la-
cula euadere. Alius dixit. Heri alexander
duxit exercitū: hodie ad exercitū ducitur
ad ſepulcrū. Alius dixit. Heri alexandrū
oēs timebāt: hodie oēs eū vilem reputāt.
Alius dixit. Heri alexāder multos habu-
it minores: hodie oēs ſunt maiores. Ve-
niant ergo oēs viuētes ꝑ conſiderationē
et contēplationē/ad monumentū vniuſ-
cuiuſq3 iſtorū ſupradictoꝝ. ſ. luxurioſoꝝ
diuitum/et pompoſorum: ꝛ videbunt ꝙ
trāſit mundus ꝛ ↄcupiſcentia ei9. ſ. Joh.
ij. et non ſolum mūdus: ſed etiā eius glīa
ꝗ conſiſtit in diuitijs/delitijs/honorib9.
Et cū veritate pōt mūdus dicere illud qđ
dixit xps Joh. viij. Gloria mea nihil eſt.
De quolibet aūt tali eunte per tales con-
ſiderationes/ad ſupradicta monumenta
poterit cū veritate dici illud Joh. xj. Va-
dit ad monumentū vt ploret ibi. Et ſic fi-
nio primā cōtemplationē ſermonis mei:
que erat ꝓ informatione et inſtructiōe vi
uoꝝ. ſcilꝫ de quodā caſu ineuitabili ꝛc. q2
dicit thema: Venit ad monumētū.

¶ Secūda conſideratio ꝗ verior erit: eſt
pro cōmendatione mortuoꝝ ſpecialr iſti9
defuncti: de quodā remedio congruenti
ſufficiēti et cōſolabili ꝛc. quia diuina grā
eū aſſociauit. quia etſi venit ad monumē
tum iuxta primā partē themat3: venit tñ
orto iam ſole/iuxta ſcđam ptē themat3.
Per ortū ſolis intelligit gratia dei et tem
pus grē. Scđm eñ doctores/tēpus legis
veter3/erat tēp9 noct3: tēp9 vo pñs ē diei.
vñ apl'us ad Rom. xiij. Nox preceſſit: dies
autē appropinquauit. In die oritur ſol:
q2 dies eſt latio ſolis ſup terrā. In tēpore
pmo ſc3 legis veter3/neq3 iuſti: neq3 ſan-
cti. vt abraā: yſaac et iacob: vt celeſtē glo-
riam haberent: gratiam obtinere potue
runt. In pſenti vo tēpore euāgelij/etiam
pctōres et latrones obtinent gratiam et
paradiſum. Unus latro ī die veneris xpo
exiſtente in cruce: petijt gratiā: et pctōrū
veniā obtinuit. vñ a xpo audiuit. Hodie
mecū eris in paradiſo. maria. petrus. pec
catores ſtatim obtinuerunt. Diſſimiliter
ſe h3 lex vetus/et euangeliū/ſm Bern. ſu
per cantica ſermone. xxx. Tunc enim fuit
tēpus iuſticie: nunc gratie ꝛ miſericordie.
tunc erat nox: nunc dies. ideo dicit apo-
ſtolus. Nox pceſſit dies autē appropinq-
uit. Nūc etiā eſt ort9 ſolis ſpecialiter iſto
tēpore reſurrectionis. nā tēpore paſſiōis
fuit occaſus ſolis: quando xpus ſol iuſti-
cie fuit mortuus. In occaſu enim iſtius
ſolis fuit tenebra: quia tunc a ſexta hora
tenebre facte ſunt ſuper vniuerſam terrā
vſq3 ad horam nonā. Mat. xxvij. Temp9
aūt reſurrectionis fuit ortus ſolis: q2 ſm
ꝙ dicit Auguſt. in ſermone de reſurrectio
ne. hec dies magis de ſepulcro radiauit:
ꝗ3 de ſole refulſit. Si ergo in occaſu ſolis
quando ſol erat pallidus et ſine colore:
ꝛ factus eſt niger tanꝗ̄ ſaccus cilicinus.
Apoc. vj. latro obtinuit veniā et gratiam
nonne in ortu ſolis/in die reſurrectionis
quando ſol eſt ortus lucidus ꝛ ſplēdidus
iſte obtinebit veniam? certe multo mag.
Cauſa eſt. dicit Auguſtin9 quia ſi aliquis
dñs vel rex concedit alicui petenti gratiā
tempore ſue ignominie/paſſionis et do-
loris: a fortiori multo magis concedet tē-
pore ſue victorie leticie ꝛ exultationis. vñ
Auguſti. in ſupradicto ſermone dicit ſic.
In hac die peccator de indulgētia deſpe-
rare nō deb3. et ſi latro meruit paradiſu3
etiā cur non merebitur chriſtianus? Et ſi
illi miſeretur dñs: cū crucifigitur: multo
magis huic cū reſurgit. Si eñ humilitas
paſſionis tantū tribuit confitenti: gloria
reſurrectionis quantū tribuet deprecan-
ti? Largior eñ ſolet eſſe ad preſtandum
leta victoria: ꝗ̄ addita captiuitas et mi-
ſeria. Ad ꝓpoſitū iſte eñ nō eſt diu ꝙ fuit
confeſſus cū vera contritione peccatoru3
ſuoꝝ ſicut bon9 xpianus: et recepit eucha
riſtiā/et extremā vnctionē: ꝛ condidit te-
ſtamentū: et dimiſit ſui teſtamenti execu-
tores: et fecit omnia que bonus xpianus:
debet facere: ergo ꝓ ſua recōmendatione
habemus remediū congruū et ſufficiens
et conſolabile: q2 lic3 veniat ad monumē
tum: iuxta primā partē thematis: venit
tamē ſociatus gratia diuinali: quia venit
orto iam ſole. i. in ſtatu grē/iuxta ſecun-
dam partem thematis. Placeat vobis ro
gare ꝓ eo. Ad quam ꝛc.

¶ Alia collatio ꝓ mortuis.

REdde quod de- a
bes. Mat. xviij. Btūs am-
broſius diffiniēs virtutem
moralē. ſc3 iuſticiā dicit: ꝙ
iuſticia ē reddere vnicuiq3

quod ſuū eſt.vel qᵭ ſibi debetur quocūqȝ
modo.ꝛ dicit.Juſticia eſt que vnicuiqȝ qᵭ
ſuū eſt tribuit:aliena nō vendicat:vtilita
tē ꝓpriā negligit vt cōem equitatē cuſto/
diat.Hec aūt iuſticia ſēm pħm.v.Ethico.
eſt preclariſſima virtutū.ſ.moralium:que
ſunt prudentia:temperātia:fortitudo:iu/
ſticia.et excellit eas.et hoc dupliciter.
Primo quia iuſticia reſpicit bonū cōmu/
ne principaliter p ſe et totā cōitatē terre:
vel regni:ſed cetere virtutes bonū huius
vel illius perſone.declara ſi vis.
Scḋo:qꝛ iuſticia cohibet oīa vitia ꝛ crimi
na imperādo.ſ.et ꝓhibēdo:ꝛ etiā punien
do: vt pȝ in decem preceptis decalogi.nō
occides.nō mechaberis. non furtū facies
ꝛc̄.et ſic corrigēdo ꝛ cohibēdo vitia ꝛ pec/
cata: plantat et nutrit virtutes et bona.
Ex q̄bus pȝ ꝙ iuſticia ptinet maxime in/
ter oēs virtutes/ad principes ꝛ reges ter
re: qui habent alios corrigere et punire:ꝛ
ad virtutes inducere:ꝛ a criminibus reuo
care:et bonū cōe cōſeruare.q̄bus dꝛ p pro
phetā pſ.cv.Beati q̄ cuſtodiūt iudiciū:et
faciūt iuſticiam in oī tpe.Et qꝛ iuſticia eſt
principaliter in principe(vt dictū eſt) ad
quē pertinet ipſam imperare ꝛ cōſeruare
in ſubditis:cū deus ſit oīm ſummus prin
ceps vnus:regū rex ꝛ dn̄s dominātiū:cui
ſubeſt oīs cōitas in celo pariter et in ter/
ra:manifeſtū eſt ꝙ in ipſo eſt iuſticia ma/
xime ꝛ principaliſſime ac perfectiſſime: qꝛ
iuſticie dn̄i recte.in pſ.xviij.ꝛ Deut.xxxij.
Deus fidelis et abſqȝ vlla iniq̄tate iuſtus
et rectus.ergo deo maxime cōpetit impe/
rare:ꝛ cōſeruare iuſticiā tāꝙ ſummo pn/
cipi.Et qꝛ nō pōt deficere in iuſticia:recte
ait cuilibet noſtrū: et principaliter iſti de/
functo preſenti. Redde qᵭ debes.qꝛ ſic te
opȝ facere de neceſſitate iuſticie : cui non
poſſumus deficere.Ubi duo tanguntur.
Primo noſtra miſeria et indigentia ſiue
paupertas: quia omnes ſumus debito/
res.quod debes inquit.
Scḋo diuina potētia ſeu autoritas: cū di
cit.redde.nobis imperādo.qꝛ nō eſt tuū
ſed tibi accommodatum.
Sed videamus q̄d eſt qᵭ quis tenet alie/
nū ſiue ab alio accōmodatū.nos autē ni/
hil habemꝰ a nobis:ſȝ totū ab alio.q̄d em̄
habes qᵭ a deo nō accepiſti:dicit apl' s.j.
B Cor.iiij.q.d.nihil. Habemus em̄ tria.ſcȝ
aīam/corpus/et bona tpalia. ergo redde

vnicuiqȝ quod ſuum eſt.ſiue qᵭ ei debes.
Dicit princeps nr̄ xp̄s. videlȝ corpꝰ terre:
aīam deo:bona terre ꝓrīo tuo heredi cre/
ditori ꝛ pauperi:qꝛ iſtoꝝ ſunt:ꝛ debentur
de iuſticia:ſeu de iure. ¶ Primo ḡ debes
corpꝰ terre:qꝛ ab ea habes: et tenes ipm̄:
cū ex ea ſit formatū ꝛ factum: qꝛ formauit
deꝰ hoīem de limo terre.Geṅ.ij.ꝛ iō Eccl
viij.Quid ſuperbis terra ꝛ cinis?Et qꝛ na
turaliter vnūquodqȝ reſoluiꝭ in id ex quo
eſt:opȝ neceſſario corpus ī terrā reſolui et
reuerti.ergo redde ipm̄ ei: qꝛ ſic te opȝ fa/
cere velis nolis de rigore iuris et iuſticie.
ꝓpter hoc dꝛ.j.Reg.vj. Qᵭ debetis red/
dite ei ꝓ pctō.ergo de rigore iuris et iuſti
cie/habemꝰ ipm̄ ſibi reddere: qꝛ ꝓ pecca/
to inq̄t. deus em̄ fecerat nobis gratiā: ne
teneremur reddere vel ſoluere ei debitum
iſtud per mortē:ſed ꝓpter pctm̄ fuimꝰ pri
uati iſta grā:tanꝙ ingrati. iō tenemur ip
ſum reddere terre.vn̄ Eccl'i.xvij.Deꝰ crea/
uit de terra hoīem:ꝛ ſēm imaginē ſuam fe
cit illū. et iterū cōuertit illū in ipſam. ſup
ple ꝓ pctō:qᵭ non feciſſet:ſi nō peccaſſet:
ſed de terra ipm̄ trāſtuliſſet ſine morte ad
celū:vt ibi poſtea viueret ī eternū. Sap.
j.dꝛ. Deus mortē nō fecit.ſ.a p̄ncipio:im
mo fecit hoīem quodāmō immortalē: ſed
impij manibus ꝛ verbis accerſierūt illam
peccādo.manibꝰ cibū aſſumēdo.ꝛ verbis
cū diabolo colloquēdo:ꝛ ei credēdo: ꝛ cō
ſentiēdo.ergo redde terre qᵭ debes ei.ſcȝ
corpus. ait dn̄s cuilibet ꝛ ſpecial'r iſti de/
functo.¶ Scḋo debes aīam vel ſpm̄ deo:
qꝛ ipſe ſolus fecit ꝛ dedit tibi et nullꝰ aliꝰ.
qꝛ ipſe inſpirauit in faciē eiꝰ ſpiraculū vi/
te ꝛc̄.Geṅ.ij.ꝛ pſ.xxxij.Qui finxit ſingilla
tim corda eoꝝ.i.aīas hoīm. Dixit ḡ deus
iſti defuncto ī mortis articulo : redde deo
quod debes.ſ. aīam vel ſpm̄ quē ab eo te
nes. Sic fecit xp̄s ī morte. In manꝰ tuas
cōmēdo ſpm̄ meum.et hec dicēs tradidit
ſpm̄ . Et h̄ eſt etiā qᵭ deſiderabat ſapiēs:
cū dicebat Eccl's. xij. Reuertaꝭ puluis in
terrā ſuā vn̄ erat: et ſpūs redeat ad deū q̄
dedit illū.Ergo reddite q̄ ſunt ceſaris.ſcȝ
diaboli.i. pctā ceſari. Iſta em̄ ſunt ꝓprie
diaboli:qꝛ ab initio diabolꝰ peccat:ꝛ facit
nos peccare.ergo reddite ea ſibi p pn̄iam
et ꝯfeſſionē.ꝛ q̄ ſunt dei deo.ſ.aīas.ꝛ hoc
eſt qᵭ deus petit a diabolo p abraā dicēs
Geṅ. xiiij. Da mihi aīas cetera tolle tibi.
i.pctā: qꝛ tm̄ amas ea ꝙ non vis deſerere

ipſa. Sed multi faciūt oppoſitū: quia red
dūt pctā deo ⁊ aīas diabolo per falſam pe
nitētiā: ſed tales nō faciūt ſolutionē: nec
iuſticiā: qꝛ nō ſoluūt qd debēt illis quibꝰ
debēt. ¶ Tertio debes reddere bona tēpo
ralia ꝓximo tuo ⁊ ꝓpinquo. ſ. heredi tuo
et creditori et pauperi. qꝛ neceſſitas eiꝰ fa
cit bona tua/ſua. neceſſitas em̄ facit om-
nia cōia. ḡ redde bona tpalia cui debes:
qꝛ ipā tecū ferre nō potes. Debes ergo fa
cere tres partes. vnā redde creditoribus:
aliā heredibus. tertiā pauperibꝰ ꝑ teipō.
Et q̄ ſic iſta reddiderit in preſenti: deꝰ red
det ei bonū premiū in futuro: qꝛ reddet ei
bonū ⁊ nō malū oībus diebus vite ſue. ſ.
in celo. Prouerb. xxxj. Ad quam ⁊c̄.

¶ Sermo pro mortuis.

HOdie eſt ⁊ cras
in clibanū mittiť. Mat. vj.
Iuxta intellectū quem vo-
lo ꝑtractare de aīabus pur
gatorij: opꝫ declarare tres
breues propoſitiones. videlꝫ
Prima ꝙ preſens vita eſt ſicut vna dies
vſualis vel artificialis.
Secunda ꝙ de nulla perſona dꝛ eſſe viue
re ſi non ſtat in gratia diuinali.
Tertia ꝙ locꝰ purgatorij dꝛ fornax vel cli
banus de pane materiali.
¶ Prima ꝓpoſitio declarať ſic. vos debe-
tis ſcire ꝙ ſcḋm ꝙ ſancta mr̄ eccl'ia diuidit
diē: qui diuidiť in ſex horas. ſ. prime/ter-
tie/ſexte/none/veſperoꝝ/et cōpletorij. ſic
etiā vita hoīs diuidiť in ſex partes. Ho-
ra prime hoīs eſt in natiuitate vſqꝫ ad de
cem vel duodecim annos. Rō qꝛ ſicut cla
ritas diei incipit hora ꝑme: ita tūc hō in-
cipit intelligere ⁊ cognoſcere aliqua: non
tm̄ magnā claritatē ſciētie: qꝛ nec hora pri
me ſol dat magnā claritatē mundo. Hora
tertie hoīs eſt a duodecim annis vſqꝫ ad
xxv. annos. Ratio: qꝛ ſicut hora tertie ſol
eſt altus clarior et calidior: ita tūc hō ha-
bet altitudinē corporalē: claritatē intelle
ctus: niſi ſit ſtultus: et caliditatē comple-
xiōis. Hora ſexta hominis eſt a. xxv. anno
vſqꝫ ad. xl. annū. Ratio eſt: qꝛ ſicut ſol eſt
tūc in altiſſimo gradu: ita homo eſt in ſua
perfectione. Hora none eſt a. xl. anno vſqꝫ
ad. lv. annū. Ratio qꝛ ſicut ſol in illa hora
incipit inclinare: ita calor naturalis tunc
incipit declinare ⁊ etiam fortitudo. Hora
veſperorū hominis eſt a. lv. anno vſqꝫ ad
lxx. annum. Ratio: quia in illa hora iā ſol
inclinatur ad occaſum: ſic et homo. Hora
completorij hominis eſt a. lxx. vel. lxxx. an
no vſqꝫ ad finem. Ex iſta ratione vita ho-
minis diciť vna dies habens iſtas ſex par
tes predictas. Autoritas. hodie ſi vocē eiꝰ
audieritis ⁊c̄. pſ. xciiij. Hodie. ſ. in tota vi
ta ſua preſenti: qꝛ in alia vita nō ſunt pre
dicationes: ſed hodie. ſ. in hac vita. et ita
exponit apoſtolus ad Heb. iij. Audiť aūt
vox dei legēdo vel predicationes audiēdo
Patet ergo prima propoſitio: qꝛ tota pre-
ſens vita eſt vna dies vſualis ſiue artifi-
cialis.
¶ Secunda propoſitio. dicitur ꝙ de nul-
la perſona dicitur eſſe niſi ſit in gratia di-
uina: quia qui non viuit in gratia: non di
citur viuere. Ratio: qꝛ dicit phs ꝙ forma
eſt que dat eſſe rei: ſic in homine eſt, mate-
ria. ſ. corpus et forma. ſ. aīa que dat eē cor
pori. Idē de eſſe ſpūali: qꝛ licet aīa ſit for-
ma ſubſtantialis corporis ⁊ eſſentialis: tñ
ipſa aīa habet eſſe per aliam formā. ſ. per
gratiam diuinā: et ꝙdiu eſt in gratia: vi-
uit. qñ aūt aīa perdit gratiam dei: nō ha-
bet eſſe gratie dei. Ideo ꝓpheta. Patres
noſtri peccauerunt et non ſunt. Thren. v.
qꝛ lꝫ habeant eſſe naturale poſt pctm̄: nō
tm̄ habent eſſe ſpirituale. Sed ille dicitur
eſſe ſpūaliter: qui eſt in gratia et deuotio
ne et dilectione dei. ideo xp̄s. ille eſt q̄ dili
git me. Ioh. xiiij. Patet ſcḋa ꝓpoſitio: ꝙ
nulla perſona habet eſſe ⁊c̄.
¶ Tertia propoſitio dicit ꝙ locus purga-
torij eſt furnus de pane materiali. quia ſi
cut in furnum mittitur panis nō ad cōbu
rendum: ſed ad coquendū: et inde extrahi
tur et preſentatur prelato pape vel regi: ⁊
ponitur in menſa ſua. Ita purgatoriū eſt
clibanus: in quo mittūtur aīe: non vt mu
tentur in carbones: vt illi de inferno: ſed
vt mundentur et purificenť: deinde extra
hūtur ab angelis: et preſentantur pape ie
ſu et regi xp̄o: et ponūtur in menſa glorie
eius. Ideo de purgatorio dicit propheta.
Quaſi clibanus ſuccēſus a coquēte. Oſee
vij. Ideo loquēs thema de hoīe dicit. Ho
die. ſ. in hac vita corporali. eſt. ſ. in gratia
dei. et cras. ſ. poſt mortem/in clibanū mit
titur. quia nulla anima intrat purgatori-
um: niſi ſit in gratia dei. Non loquiť the-
ma de aīabus chriſtianoꝝ perfectis: quia

ille ſtatim euolant ad paradiſum: nec de
animabus chriſtianorum impenitentibꝰ:
neqꝫ de infidelibus: quia ille non ſunt.ſ.
in eſſe ſpirituali: ideo ſtatim deſcēdūt ad
infernum.ſed loquitur ſolum de illis: qui
vadunt ad purgatorium.de qualibet tali
dicitur. Hodie eſt et cras ⁊c̄.pꝫ thema.
¶ Modo volens vobis declarare ſtatum
purgatorij:ſciēdum ꝙ purgatorium eſt in
corde terre. Sicut in corde pomi ſunt do-
mus: ita etiam in corde terre ſunt quattu
or domꝰ. Inferior eſt ignis perpetuus:et
eſt plena domibus: et ibi ſunt anime chri
ſtianorum impenitētium. Alia domus eſt
ſuper illam.ſcilꝫ limbus puerorum ⁊ par-
uulorum:in qua non eſt ignis:nec demo-
nes.illuc vadunt pueri nō baptizati. Ter
tia domus eſt purgatoriū in qua eſt ignis
vt flāma clara:ſed non ſunt ibi demones.
Quarta domus eſt ſinus patrum: et illa
modo eſt vacua. Modo ego habeo loqui
de purgatorio:qꝛ dicitur clibanus in quo
coquitur panis animarum:quare hoc ſit:
declarat apoſtolus: cui deus oſtendit cla
re cum adhuc viueret:dicens. Si quis ſu
peredificat ſuper fundamētum hoc aurū/
argentum/lapides precioſos/ligna/fenū
ſtipulam:vniuſcuiuſqꝫ opus manifeſtum
erit. Dies eñ domini declarabit: quia in
igne reuelabit:et vniuſcuiuſqꝫ opus qua
le ſit:ignis probabit. Si cuius opus mā-
ſerit:quod ſuperedificauit:mercedem ac-
cipiet. Si cuius opus arſerit:detrimentū
patietur:ipſe autem ſaluus erit: ſic tamen
quaſi per ignē.j.Corinth.iij. Nota ſi quis
ſuperedificat ſuper fundamentum hoc.ſ.
fidei ſine errore dubio ⁊ falſa opiniōe.au
rum.ſ.charitatis:et argentum.ſ.creduli-
tatis:et lapides precioſos.ſ.virtutū ⁊ me
ritorum.ligna/fenum ⁊ ſtipulam.ſ.pecca
torum venialiū:detrimentum patietur.ſ.
in purgatorio:ipſe tamē ſaluus erit:ſic ta
men quaſi per ignem. Apoſtolus in dicta
autoritate innuit ꝙ ī purgatorio ſunt tres
partes: et ꝙ in vna ſit ignis de lignis. in
alia de feno: et in alia de paleis. et ſicut
ignis de lignis plus durat ꝙ̄ de herba ſi-
ue feno:⁊ de feno plus ꝙ̄ de paleis:ita in
purgatorio aliqui ſtant diu;aliqui nō tan
tum:et aliqui modicum.
Primi comparātur lignis.
Secundi feno.
Tertij paleis.

De his tribus conditionibus habeo mo-
do loqui.
Ligna ſunt imperfectiones penitētiales.
Verba ſunt cōmiſſiones veniales.
Palea ſunt omiſſiones cerimoniales.
De qualibet dicitur thema. Hodie eſt et
cras in clibanum mittitur.
¶ Dico primo ꝙ ligna ſunt perſone q̄ mi-
grant ab hoc mundo cum imperfectioni-
bus penitētialibus:qꝛ licet fecerint peni-
tentiam de peccatis:qꝛ aliter irent ad in-
fernum:ſed non tantam:quantam requi-
rūt peccata. qꝛ doctrina eſt theologoꝝ et
etiam canoniſtarum:ꝙ pro quolibet pec-
cato mortali/homo tenetur in ſeptem an
nis de penitētia in hoc mundo:alꝭ reſtat
complēda in purgatorio. Si autem dica-
tur ⁊ nonne penitētie ſunt arbitrarie? Di-
co ꝙ in penitētia ſunt duo.ſ. qualitas.ſ.
ꝙ ſit talis vel talis: et hoc eſt arbitrariū.
Secundo quantitas temporis:et hoc nō
eſt arbitrarium:quia iam quantitas tēpo
ris eſt taxata et limitata.ſ. ſeptē annorū.
verbi gratia. ſi quis furatus fuit:mortali
re circundata. Et ſicut es habet ſonum ob-
ſcurū et non clarū: ita inuidus ſonat mur-
murando de bono proximi: ſed nō clare ⁊
publice: ſed occulte in angulis ſpecialiter
infra ſe in corde ſuo: ſi videat proximū ſuū
proſperari cū maxima diſplicentia. Unde
inuidi ſunt ſimiles iudeis xp̄o inuidenti-
bus: q̄ propter inuidiā tradiderunt eū pō-
tio pilato vt habetur Mat.xxvij. ⁊ Mar.
xv. Sic peſſimi inuidi inuidētes bone fa-
me: bone vite proximoꝝ ſuoꝝ: et alijs bo-
nis que deus dat eis: accuſant ⁊ infamāt
eos: et deſiderant mortem eis. Sunt etiā
inuidi ſimiles fratribus ioſeph: qui volue-
runt eū occidere: et finaliter vendiderunt
eum hiſmaelitis in egyptum. vt habetur
Gen̄.xxxvij. ⁊ hoc totū propter inuidiam:
qꝛ videbatur eis ꝙ pater eorū plus dilige-
bat ioſeph q̄ alios filios. Hic dilata ma-
teriam. Ideo dꝛ Eccl'i.xiiij. Nequā eſt ocu-
lus inuidi. qꝛ ſemper dolet de bonis proxi-
mi ſui. vnde Seneca. Utinam inuidi ocu-
los haberēt in oībus ciuitatibꝰ: vt de om-
niū felicitatibus torquerentur. Et ideo di-
cit beatus Aug. Ubi eſt inuidia: amor ſu-
pernus eſſe non poteſt. Debet ergo pctō:

inuidus inungere coꝛ ſuū ⁊ aīam oleo pie
tatis et charitatis: ne rubigo peccati inui
die regnet in eo. Apparet ergo qualiter ꝑ
es intelligitur peccatū inuidie. Sequitur
vltra ī figura: ꝙ imago illa ſiue ſtatua ha
bebat tibias ex ferro. per quod congrue ſi
gnificari poteſt peccatū ire. Ferrū eñ eſt
metallū foꝛte in ſe: et ſuperat et conſumit
alia metalla ſua foꝛtitudine. Sic peccatū
ire ſuper alia pctā ſuperat: et eleuat coꝛ: ⁊
conſumit rationē et intellectū: ⁊ facit per
dere amicitiā. Sap. x. Per irā homicidij
fraternitas deperijt. per iram eñ occidit
cayn fratrem ſuū abel. Ideo dicit pꝛoſper
in lib. de vita cōtēplatiua. Per irā ſapien
tia perditur: iuſticia relinquitur: ſocietas
amoꝛis diſſoluitur: pacis cōcoꝛdia rumpi
tur: lex veritatis amittitur. hec ille. Et bea
tus Aug. in quadā epiſtola: ꝙ ſicut fel et
acetū coꝛrūpunt vas: ſi multū ibi fuerint:
ſic ira. dicit in pš. xxxvj. Deſine ab ira ⁊ de
relinque furoꝛem. O quot ſunt hoīes ho-
die in mūdo qui in domibus ſuis ita ſunt
irati. ita furioſi contra vxoꝛē et familiam:
ꝙ vix aut nullo modo pñt ſuſtineri. Iſti
tales non vtendo ratione: ſed voluntate:
nō ſunt dicendi hoīes: ſed beſtiales et de
mones. ad Gala. v. inter opera carnis po
nunt ire ⁊ rixe. Apparet ergo qualiter pec
catū ire ſignificatur per ferrū. Sequit vl
tra in figura: ꝙ quedā pars pedū illiꝰ ſta-
tue erat ferrea: et quedā fictilis. per quod
cōgrue ſignificari poteſt peccatū luxurie.
Per pedes eñ qui ſemꝑ adherent terre et
luto ⁊ immundicijs/ in ſacra ſcriptura ſi-
gnificātur deſideria et delectatiōes ⁊ affe
ctiones carnales: que ſemper adherēt im
mūdicijs et vilitatibꝰ luxurie. Et ſicut coꝛ
pus vadit quo vult mediantibꝰ pedibus:
ſic anima maliuola vadit in diuerſa pctā
luxurie mediātibus cogitationibus ⁊ de-
ſiderijs immundis: intantum ꝙ homo lu
xurioſus eſt cauſa ꝙ multi cadāt in pctm̄
luxurie vnde offendat deus. de quibꝰ loq̄
tur beatus Petrus apl's. ij. cano. ij. ca. di.
Multi ſequentur eoꝝ luxurias per quos
via veritatis blaſphemabitur. De iſto pec
cato loquēs beatus Greg. in moꝛa. dicit.
Ex quo luxuria mētem hoīs occupauerit
ſemel: vix eū bona cogitare ꝑmittit. Sūt
eñ viſcoſa hmōi deſideria: qꝛ ex ſuggeſtio
ne oꝛit cogitatio: ex cogitatione affectio:
ex affectione delectatio: ex delectatione cō
ſenſus: ex conſenſu operatio: ex operatio-
ne conſuetudo: ex conſuetudine deſpera-
tio: ex deſperatione pctī defenſio: ex pctī
defenſione gloꝛiatio: ex gloꝛiatione dāna-
tio. Hiero. etiā loquēs de effectibus luxu
rie in quadā epiſtola dicit ſic. O ignis in-
fernalis luxuria: cuius materia gula: cuiꝰ
flāma ſuperbia: cuius ſcintille praua col-
loquia: cuiꝰ infamia fumus: cuiꝰ cinis ino
pia: cuius finis gehēna. hec ille. Et ratio
eſt: qꝛ cū nihil immūdū intret in illā ciui-
tatē mūdiſſimā paradiſi: opꝫ ꝙ immundi
luxurioſi deſcendāt in cloacā inferni. Ap-
paret igit qualiter per ſtatuā illā ſiue ima
ginē ex diuerſis rebꝰ factā intelligi pōt vi
ta pctōꝛis multis, ⁊ diuerſis vitijs ⁊ pecca
tis occupata: que quidē pctā faciunt vnū
coꝛpus ad ſimilitudinē ſtatue per malā vi
tam ⁊c̄. Ad quam gloꝛiam ipſe filius dei
nos perducat. Amen.

¶ Alia figura ſatis grata.

LEgitur Nume-
ri. xxi. ꝙ filij iſrael ꝓfecti
ſunt de mōte hoꝛ poſt moꝛ
tem aarō per viam que du
cit ad mare rubꝛum ⁊ tede
re cepit populū itineris ac laboꝛis: locu-
tuſqꝫ ꝯ dñm et moyſen: ait. Cur eduxiſti
nos de egypto: vt moꝛeremur in ſolitudi-
ne? Deeſt panis. nō ſunt aque. aīa nr̄a iā
nauſeat ſuꝑ cibo iſto leuiſſimo. Quāobrē
miſit dñs in populū ignitos ſerpētes: ad
quoꝝ plagas ⁊ moꝛtes plurimoꝝ venerūt
ad moyſen atqꝫ dixerūt. Peccauimꝰ qꝛ lo-
cuti ſumꝰ ꝯ dñm ⁊ te. Oꝛa vt tollant a no
bis ſerpētes. Oꝛauitqꝫ moyſes ꝓ pplo. ⁊
locutꝰ eſt dñs ad eū. Fac ſerpentē eneū: ⁊
pone ꝓ ſigno. qui percuſſus aſpexerit eū:
viuet. Fecit ergo moyſes ſerpentē eneū: ⁊
poſuit eū pꝛo ſigno. quē percuſſi aſpicien-
tes ſanabantur. Moꝛaliter per populum
iſrael eductū ꝑ moyſen de egypto/ de po-
teſtate pharaonis pōt intelligi ppl's xp̄ia
nus. ꝑ moyſen pōt ītelligi dñs ieſus xp̄s.
Moyſes eñ interpꝛetatur aſſumptus de
aqua vel eleuatꝰ: et ſignificat xp̄m: q̄ fuit
eleuatus ⁊ aſſumptus de aquis delitiarū
et oñi pctō: ſicut dꝛ. j. Pet. ij. Qui pctm̄
nō fecit: nec inuentꝰ eſt dolus in oꝛe eius.
Moyſes ergo. i. xp̄s eduxit populū iſrl'. i.
ppl'm xp̄ianū/ ſignificatū ꝑ iſrael. Iſrael
interpꝛetatur vir vidēs deū. ppl's xp̄ianꝰ

# Figura peccatorum.

videt deum per fidem. eduxit de poteſtate
pharaonis.i.diaboli merito ſue paſſiōis
de terra egypti.i.de tenebris pctōrū.egy
ptꝰ eñi interptat tenebra.et pctm̄ ī ſacra
ſcriptura intelligitur ꝑ tenebrā:quia ad
modū tenebrarū reddit aīam obſcurā in
grā: ita ꝙ caret lumine veritatis et iuſti
cie:et tollit oēm noticiā dei. Iſte moyſes
.i.xp̄s educit nos de egypto.i. de obſcuri
tate peccati ꝑ ſacramētū baptiſmi. Edu-
cit nos ſicut moyſes duxit populū per de
ſertū.ſ.penitētie/ad terrā ꝓmiſſionis.i.
ad patriā paradiſi:que om̄i fideli xp̄iano
ꝓmittitur:ad quā debemus ire ꝑ deſertū
penitētie aſperrime:ſicut deſertū eſt aſpe
rum ⁊ tedioſum.Sed dr̄ in textu ꝙ popu
lus deſcendit de monte hor.ſic pctōres ꝑ
pctm̄ deſcendūt de monte grē et amoris
dei per viā que ducit ad mare.i.ad infer-
nū plenū amaritudine et dolore. Sed dr̄
vltra ꝙ populus murmurando locutus
eſt contra dn̄m et moyſen. qr ſunt multi
mali xp̄iani:qui nō ceſſant opari et dice-
re multa mala grauia. ⁊ hoc eſt dicere ma
lum ꝯ deum:et ꝯtra grās et bn̄ficia q̄ re-
ceperūt a xp̄o vero deo et hoīe iurando ⁊
blaſphemando in ꝑiudiciū dei et totius
glorie celeſtis.propter qđ mittit deus il-
lis ignitos ſerpētes.i.demones q̄ tentēt
eos et mordeant faciendo eos cadere de
peccato in pctm̄: qr ſic dicit beatꝰ Greg.
pctm̄ qđ per penitentiā nō diluitur:mox
ſuo pondere ad aliud trahit. Et illi demo
nes dicunt *igniti ſerpētes*: qr *immittunt*
ignitam et ardentē cupiditatē luxurie: vt
ſic tandē tradant eos ad incendiū infer-
nale. Et propter hoc quilibet pctōr q̄ ſen
tit ſe a ſerpētibus vulneratū: debz curre-
re ad moyſen.i.ad ꝯfeſſorē cōfitendo pec
cata ſua:⁊ ſupplicādo ꝙ oret deū pro eo:
⁊ ceſſent ſerpētes a morſibus venenoſis
.i.ꝙ auferat ſibi tētationes diabolicas:
vt diabolꝰ non poſſit ſibi nocere. Et tūc
rn̄det deꝰ ꝙ faciat ſerpētē eneū:⁊ eleuet:
et ponat eū in palo. Per iſtū ſerpentem
eneū:qui erat ſimilis alteri ſerpēti in fi-
gura:⁊ nō in materia:ſignificat humani
tas xp̄i.ſiue corpꝰ eius: q̄ erat ſimilis al-
teri hoī pctōri:ſed nō fuit pctōr:qr nō ve
nit in carne pctī:ſed ī ſimilitudine carnis
pctī. Per lignū in quo fuit ſerpēs ille ele
uatus:ſignificat crux xp̄i: in qua xp̄s ele-
uatus ⁊ crucifixus fuit. Et ſicut oēs illi q̄
aſpiciebant in illū ſerpētem: ſanabant a
morſibus ſerpentiū: ſic quilibet peccator
ſi firmiter et deuote contēplet paſſionem
xp̄i in cruce pēdentis:contēnet omnē car
nalem delectationē/⁊ mundanā vanita-
tem: q̄ a demonibꝰ ſerpentibus mordeba
tur:⁊ libenter faciet penitētiā amore dei
pro peccatis ſuis:per quā merebit a mor
ſibus demoniorum liberari:et gratiā conſe-
qui in pn̄ti:⁊ tandē in futuro gloriam. Et
circa hāc materiā moraliter inſiſtendo:no
ueritis ꝙ pBus tractans de ꝓprietatibꝰ
ſerpentiū/et aliarū beſtiarum/dicit:ꝙ in
paleſtina ſunt multi ⁊ diuerſi ſerpētes.
Aliqui ſunt ita groſſi ſicut bos ⁊ comedūt
ſimul:et interficerēt vnū ceruum:et ali-
quādo volant per aerē eleuati a terra.
Aliqui ſunt qui hn̄t duo capita: qui vo-
cant amfiſibona: qui emittunt venenū
per vtrūq; caput.
Aliqui ſunt ſerpentes valde nigri et cali
diſſime nature.
Aliqui ſunt q̄ viuūt in paludibꝰ et aquis
congregatis.
Aliqui ſunt natura frigidiſſimi: ⁊ ſunt in
nemoribus ſemper ſub vmbra.
Aliqui ſunt ſemper ſub terra: et comedūt
terrā ⁊ de illa viuunt.
Aliqui ſunt qui ſemper comedunt quic-
quid poſſunt habere ⁊ nunꝙ̄ ſatiant.
¶ Per proprietates horū ſerpentium in-
telliguntur ſeptem peccata mortalia: a
quibus multi homines et femine ſunt in
hoc mūdo vulnerati:et eorum morſibus
lacerati.
¶ Primus ſerpens magnus ſicut bos vo
lans per aera ſignificat pctm̄ ſuperbie et
arrogantie. Facit eñi ſuperbia hoīem vo
lare ꝯſiderando ſuam generoſitatem/et
pulchritudinē/fortitudinē/ſcientiā/ſuarum
diuitiarū abundantiā et ſimilia. Et ſi bn̄
ꝯſideraret infelix ſuperbus: magis debe
ret humiliari ex conſideratione taliū: ꝙ̄
extolli.qr oīa illa dona dei ſunt. et debe-
ret referre grās deo bonorum omniū lar-
gitori.et quanto plus accepit a deo: tāto
plus obligat. quia ſicut dicit Gregorius
cū dona creſcūt:et gratiarum actio creſce
re debz.qr ſm Bern̄ nō eſt dignus dādis:
qui nō agit grās de datis. Sed oppoſitū
faciūt ſuperbi:qr contēnunt deum: et fre
quēter blaſphemāt:et contēnunt ꝓximū
et frequēter iniuriant et ledunt, vn̄ btūs

Augu. ſcribēs cuidā comiti dicit. Humilitas hoīes ſanctis angelis ſimiles facit: ⁊ ſuperbia ex angelis demones facit. Et vt euidēter oſtēdā: ipſa eſt oīm pctōꝝ initiū finis et cauſa: qꝛ nullū peccatū ſine ſuperbia cōmittit̄: qꝛ peccādo pctōꝛ facit cōtra volūtatē dei. Adā fecit cōtra ꝓhibitionē dei et credidit diabolo dicēti ꝙ eſſet ſicut deus. Gen̄. iij. ecce ſuperbia. Nabuchodonoſoꝛ ꝓpter ſuā ſuperbiā fuit expulſus de regno: et comedit herbas: et fenum ſicut bos: ⁊ cū feris fuit habitatio eiꝰ. ⁊ ſic fuit quouſqꝫ cognouit ſuā ſuperbiā: ⁊ fuit corā deo humiliatus. Dan̄. iiij. Abſalon qui tantū ſupbiuit de pulchritudine capilloꝝ de eiſdē fuit in quercu ſuſpēſus. ij. Reg. xviij. Saul ꝗ primo propter ſuā humilitatē fuit in regē aſſumptus: ꝓpter ſuā ſupbiam fuit a regno priuatus ⁊ mala morte mortuus. vt ptꝫ. j. lib. Reg. Superbia ergo ⁊ preſumptio eſt pctm̄ ducēs ad mortē hominē ⁊ ad infernū. Legit̄ em̄ in quadā hiſtoria romana: ꝙ in curia Karoli regis magni erat quidā miles fortis valde ⁊ ſtrenuus in armis: qua de cauſa ipe preſumebat multū de ſeipſo: erat multū ſupbus: ⁊ cōtēnebat quécūqꝫ: ſed cōtigit quadā die ꝙ arripuit eū febris magna. Rex ṽo hoc audiēs venit ad viſitandū eū: qꝛ diligebat eū ꝓpter ſuā ſtrenuitatē et fortitudinē: ⁊ dixit ei ꝙ cōfiteretur. Et miles rn̄dit. Dn̄e mi rex nolo modo cōfiteri: qꝛ diceret̄ ꝙ ꝓpter timorē mortis fui cōfeſſus. ⁊ nolo ꝙ aliquis dicat ꝙ ego timeo mortē. Sed febris continua ipm̄ inquietabat: ⁊ tn̄ nolebat cōfiteri. Poſt aliquot dies inualeſcente infirmitate: miles erat iam in periculo mortis. Sed rex karolus iterato eum viſitās dixit ſibi: ꝙ male faciebat qꝛ nolebat cōfiteri. Et rn̄dit miles. Dn̄e mi rex iā non eſt tēpus cōfitēdi decetero. Dixit rex ſibi. Nolite diffidere et deſperare de dei mīa: qm̄ ipſe oī tpe eſt preſto ad parcēdū ⁊ dādū veniā cuicūqꝫ petēti humiliter et cōtrito. Et miles reſpōdit. Uere dn̄e mi rex/ nō tranſiuit magnū ſpaciū: ꝙ venit vnus angelus bonus: ⁊ on̄dit mihi in ſcriptis oīa bona ꝗ ego feci in hoc mūdo: ⁊ erāt valde pauca. et ſtatim poſtꝙ̄ angelus ille bonꝰ receſſit: venerūt ad me duo hoīes: ꝗ oſtēderūt mihi in ſcriptis oīa mala ꝗ ego feci a pueritia mea vſqꝫ nūc: et tot ſunt ꝙ nulla pn̄īa poſſet ſufficere. et fuit dictū mihi dn̄e rex: qꝛ ex quo in vita mea fui ſociꝰ demonioꝝ ꝑ ſupbiā/ et vite imitationē: opꝫ ꝙ ſim etiā poſt mortē ſociꝰ ipſoꝝ in dānationem: ad quos ſtatim vado via recta: et his dictis expirauit. Et iō dicit btūs Augu. et hr̄ in. iiij. ſen. tali aīaduerſione ꝑcutit̄ pctōꝛ vt moriēs obliuiſcat̄ ſui: ꝗ viuēs oblitꝰ eſt dei creatoris ſui. Et iō dicit beatus Hiero. ꝙ ſicut ſuperbia eſt initiū oīm peccatoꝝ: ita eſt deſtructio omnium virtutum et omnium bonorum.

¶ Et per ſcđm ſerpētē habētē duo capita emittētia venenū: ſignificat̄ inuidus hō: qui de quocūqꝫ bono proximi ſui dolet: ⁊ de oībus male loquit̄. De iſto pctō īuidie loquēs Anſel. in lib. collationū dic̄. Inuidia cūcta crimina cōcitat: cūcta bona peſtifero morbo deuorat. Legit̄ ꝙ quidā rex voluit ſcire et ꝓbare qđ erat maius pctm̄ inuidia/ vel auaricia: et fecit q̄ri duos homines: quoꝝ vnus erat nimis inuidus: ⁊ alter maximus vſurarius. ⁊ dixit eis ꝙ peterēt quācūqꝫ gratiā voluiſſent: ⁊ ipſe cōcederet eis quicquid peterēt. Et ambo tacuerūt: ⁊ nihil petierunt. et inuidus nolebat petere primo: ne poſtea auarꝰ ampliꝰ peteret vnde ipſe doleret. Auarus etiā noluit primo petere cupiēs magis habere ꝓ ſe ꝙ̄ ꝓ alio. Et ſic vnus rōne alterius non petebat: neqꝫ audebat: ⁊ ſic fuerūt ꝑ tres dies. Die ṽo tertia accerſitis ambobus: dixit rex ꝙ peterēt expedite: quia nolebat ampliꝰ expectare. Tūc inuidus vidēs hoc dixit. Dn̄e mi rex iſte auarus nō vult ꝑ̇mo petere vt poſt me ampliꝰ petat ꝓpter ſuā auariciā: ego ṽo nollē petere primo: ne ipſe tātū petat: ꝙ ego ꝓpter meā inuidiam inde habeā dolorē et diſplicētiā: ſꝫ ex quo ꝑ̇mo cogoꝛ petere: ⁊ vos dn̄e mi rex ꝓmiſiſtis ꝙ ꝗcꝗd peterē mihi cōcederet̄: ne habeā dolorē ⁊ diſplicētiā iſtiꝰ boni: peto ꝙ eruatur mihi oculus vnꝰ: ⁊ iſte careat ambobus: qđ ⁊ factū fuit. Un̄ tot hoīes ſunt in mūdo pleni tāta inuidia: ꝙ ipſi vellēt perdere aliquā partē de bonis ſuis: vt ꝓximus ſuus perderet ſuum totū quod habet. Et ideo dicit beatus Aug. vbi īuidia eſt: amoꝛ dei eſſe non poteſt. ꝑ inuidiā em̄ cayn occidit fratrem ſuum abel.

¶ Per tertiū ſerpētē nigrū ⁊ calidū/ intelligo pctm̄ ire ⁊ iracūdie. Homo em̄ iracūdus ſemꝑ ē nigri coloris: ⁊ ardēs ī corde nō pōt quieſcere: ꝗn cū iſto vel cū illo ha-

beat litigare:et iō dꝛ Pꝛouerb.xv.et.xxix.
Uir iracūdus ꝓuocat rixas.et ibidē cap.
xxvj.Hō iracundus ſuſcitat rixas. Semꝑ
eſt crudelis. nulli cōpatit̄. de oīb⁹ ſe vult
vindicare.ꝛ iō dꝛ Pꝛouer.xxvij.Jra nō hꝫ
mīam.Et iō dicit Hugo de ſctōvictoꝛe:ꝙ
ira eſt animi ſubita tēpeſtas:q̄ dū inoꝛdi-
nate ſe concutit:coꝛ hoīs ad inſaniā ꝑtra
hit. Exēplū habet̄ de hoc.ij.Reg̃.xvij. de
achitofel qui ſuſpendit ſe pꝛe ira.
¶ Per quartū ſerpētē q̇ eſt in paludib⁹ et
aquis:intelligit̄ pctm̄ luxurie ꝛ carnalita
tis.qꝛ hoīes luxurioſi ita delectant̄ in car
nali immūdicia ſicut ſerpētes in ceno ꝛ lu
to.de q̇bus dꝛ Eſa.xxxiiij. De cadaurib⁹
eoꝝ aſcēdet fetoꝛ.vn̄ Augu.dicit.Luxuria
eſt ignis deſcēdēs ad infernū: ꝛ fetoꝛ aſcē
dēs ad celū.famā tollit:pecuniā cōſumit:
oculoꝝ cecitatē inducit:coꝛpoꝛi infirmita
tē adducit:coꝛpus ſimul ꝛ aīam poꝛtat in
infernū.Cui alludēs Hiero.in quadā epi
ſtola ſic dic̄.O ignis īfernalis luxuria:cu-
ius materia gula ꝛc̄. Juſtū eſt vt q̇ in pꝛe-
ſenti vita voluit in fetoꝛe immūdicie viue
re:ꝙ in alia ſit in pena et fetoꝛe ꝛ ardoꝛe.
¶ Per ſerpētes ꝟo qui ſunt frigidiſſimi:ꝛ
volūt eſſe ſemꝑ ſub vmbꝛa:intelligit̄ pec-
catū pigritie et accidie.multi em̄ ſunt pi-
gri ꝛ inertes:q̇ nūq̄ꝙ loquunt̄:nec operan
tur bona:nec laboꝛāt circa ſpūalia ꝛ circa
ſalutē aīarū ſuarū.Hic dicas de ocioſis q̇
bus dixit pr̄familias. Quid ſtatis hic to-
ta die ocioſi ꝛc̄. Mat.xx. dilata. Cuilibet
taliū dicit Chꝛyſ.ſuꝑ Job. Noli eē piger
in opere:cui⁹ mercedē deſideras: qꝛ vnuſ
quiſqꝫ recipiet mercedē ſm̄ ſuū laboꝛem.
Vn̄ Bern̄. Accidia nihil aliud eſt niſi q̄dā
mentis excecatio:qua hō timet bona ali-
qua incipere:et incepta perficere.
¶ Per ſerpētes q̇ quaſi nūq̄ꝙ ſatiant̄:ītel-
ligit̄ pctm̄ gule.Hō em̄ guloſus nullo tē-
poꝛe ſatiat̄:nec cōtentat̄ cibarijs vni⁹ ſpe
ciei:ſed multū cupit ꝛ capit:ꝛ iō cōparat̄
beſtijs q̄ ſemꝑ comedūt.ꝛ iō Sene.ī epl'a
lxj.loquens ꝯ tales dicit.Uentri obedien
tes aīaliū numero cōputantur:nō hoīm.
Cauſa qꝛ nō ſequūtur rōnē. Narrat Beda
in lib̄.de geſtis angloꝝ:ꝙ in quodā ceno-
bio monachoꝝ fuit q̇dā monach⁹ q̇ finge
bat ſe virū magne honeſtatis ꝛ abſtinen-
tie corā alijs monachis in publico:ſꝫ ſeoꝛ
ſum ꝛ in occulto erat magn⁹ voꝛatoꝛ ꝛ gu
loſus:ita ꝙ nūq̄ꝙ ieiunabat, tādē venit in

infirmitatem magnā vſqꝫ ad moꝛtē. Fra-
tres aūt ſui cōſolabant̄ eū ī ſua infirmita
te:et credētes eū eē talē:qualis exteri⁹ ap
parebat:rogauerūt eū ꝙ ī exitu ſuo daret
eis aliquā bonā doctrinā:vt ſua memoꝛia
in ꝑpetuū maneret.Quib⁹ipē r̄ndit.Cha
riſſimi fratres ego nunq̄ꝙ fui talis ſicut de
me pꝛeſumebatis: qꝛ ego vſurpaui nomē
xp̄iani:ꝛ falſe fui vocat⁹ xp̄ian⁹:qꝛ nūq̄ꝙ fe
ci opera boni xp̄iani: ſꝫ ſemꝑ male vixi:et
nūq̄ꝙ ieiunaui licꝫ oīdebā me abſtinētē:ꝛ
iō noueritis qꝛ video infernū mihi ꝑpara
tū:vbi eſt vn⁹ loc⁹ ſpecialis ꝓ me: vbi ſūt
nero q̇ petrū ꝛ paulū occidit: ꝛ pilat⁹ qui
xp̄m ad moꝛtē condēnauit:ꝛ ſtatim ibi va
do.ꝛ his dictis expirauit. Pctm̄ gule mul
tis nocuit. Nā adā ṗm⁹ hō ꝑ gulā fuit de
paradiſo eiectus. Holofernes per iudith
decapitat⁹.Syſara latere ſauciat⁹ ꝑ femi
nā vnā fuit cū clauo īterfect⁹.Judicū.iiij.
Quātū etiā noceat ꝑ̄ſentib⁹ viuētibus:ip
ſa experientia edocemur.
¶ Per ſerpētes qui ſemꝑ ſunt ſub terra et
comedūt terrā:ꝛ etiā de illa viuūt: intelli
git̄ hō auar⁹ ꝛ vſurari⁹:q̇ ſemꝑ cogitat de
terrenis: ꝛ congregat diuitias:ꝛ totā ſuā
ſpē ponit ī eiſdē:de q̇ dicit Aug̃.Auar⁹ ſi-
milis eſt īferno:q̇ ſi oēs q̇ ſunt in mūdo:ꝛ
aīas q̄ ſunt ī celo et ī purgatoꝛio:reciperet:
nūq̄ꝙ ſatiaret̄. Jta auarus ſi oēs diuitias
mūdi:ꝛ etiā theſauros abſcōditos habe-
ret:nūq̄ꝙ cōtētaret̄:qꝛ vt dicit ſapiēs Eccī
xiiij.inſatiabilis eſt oculus cupidi.i.volū
tas.ꝛ iō dicit q̄dā glo.ſuꝑ Gal'.v.ꝙ diui-
tijs ſeruire deū negare ē. ꝛ iō finis taliū ē
infern⁹.Legit̄ in Exodo ꝙ pharao ꝓpter
auariciā ꝑſequebat̄ ppl'm iſrl': volēs eos
ſub ſuo dn̄io iterū ſubiugare: ꝛ final'r ſub
merſus eſt in mari rubꝛo cū ſuis currib⁹ ꝛ
equitib⁹.Exo.xv. Sic cōtingit de auaris
ꝛ vſurarijs: qꝛ de male acq̇ſitis nō gaude
bit terti⁹ heres. Legit̄ ꝙ fuit q̇dā hō:qui
habuit duos filios: ꝛ volens ſeu cupiens
eos diuites heredes relīquere: laboꝛauit
oībus modis q̇b⁹ poterat iuſte vel iniuſte
multas coaceruare diuitias: et facere ſeu
cōmittere multa mala. Fili⁹ aūt ſuus ma
ioꝛ vidēs ꝙ pr̄ ſu⁹ male ꝛ iniuſte cōgrega
bat diuitias:vt ſe ꝛ fratrē ſuū diuites poſt
moꝛtē dimitteret: noluit recipere ptē he-
reditatis ꝑtinētē ad ipm̄: ſꝫ relicto ſeculo
heremiticam vitā duxit:etiā ꝛ deo ſe totū
dedicauit. Frater ꝟo minoꝛ ſu⁹ habuit to

tã hereditatẽ: quã pr̃ ſuꝰ ĩ vita ſibi dona-
uit. Moꝛtuꝰ eſt tãdẽ pr̃: et nõ poſt multũ
tpis/moꝛtuꝰ eſt filiꝰ minoꝛ oĩbꝰ iã poſſeſ-
ſionibꝰ cõſummatis. Filiꝰ autẽ maioꝛ oꝛa
bat ad deũ quotidie ĩ ſuis orõnibꝰ ꝓ eis.
Quadã autẽ die ſic oꝛãti apparuit angelꝰ
dei: ⁊ duxit eũ ad quẽdã locũ: vbi erat vnꝰ
magnꝰ puteꝰ. ⁊ dixit ſibi angelꝰ ꝙ reſpice
ret inferiꝰ in illũ puteũ. Et reſpiciẽs infe-
rius vidit qᷝdã flumẽ magnũ de plũbo li
quefacto currente ſine aq̄: in quo flumine
erãt rote ſicut ĩ molẽdinis: ⁊ rote ille erãt
plene capitibus hoĩm ⁊ mulierũ: rotãtes
in gyrũ: ⁊ plũbũ illud ingrediebat̃ ꝑ oꝛa:
et egrediebat̃ ꝑ guttura. Et cũ ſic aliquan
tulũ aſpiceret rotas gyrantes: ecce ſubito
vidit in illis toꝛmẽtis patrẽ ſuũ ⁊ fratrẽ ſi
biinuicẽ maledicẽtes: ⁊ deũ et ſctõs blaſ-
phemãtes: et ſibiinuicẽ facies cũ dẽtibus
moꝛdentes ⁊ comedentes. Et ſic viſio illa
diſparuit. Et dixit ei angelꝰ in eternũ pu-
niẽtur illa pena ꝓpter ſuã auariciã. Et iõ
dicit ſapiẽs Eccli. x. Auaro nihil eſt ſcele-
ſtius. i. maiꝰ crimẽ q̄ vellet ꝙ nullꝰ eẽt: vt
ipe ſolus oẽs diuitias poſſet hr̃e. Pꝫ ğ ex
dictis q̄liter diuerſi hoĩes diuerſis moꝛſi-
bus diuerſoꝝ ſerpẽtũ moꝛdent̃. i. diuerſis
tẽtationibꝰ diuerſoꝝ pctõꝝ inuoluunt̃: et
multi ex talibꝰ moꝛſibꝰ pereũt ⁊ dãnãtur.
Uideat ğ vnuſquiſq; ſeipſum: ⁊ ſi videt ſe
ex his ſerpẽtibꝰ vulneratũ: q̄rat medicũ. ſ.
bonũ cõfeſſoꝛẽ: oſtẽdat vulnꝰ: ⁊ petat me
delã. ſ. pniam ⁊ a xp̄o miam dĩ. Miſerere
mihi fili dauid ⁊c. Ad quã gl'iam ⁊c.

¶ Alia figura ſatis grata.

LEgitur ꝙ qui-
dã rex fecerat ſibi ciuitatẽ:
qui nihil plꝰ deſiderabat:
niſi ꝙ ppl's ſibi ſubditꝰ vi
ueret in ea iocũde ⁊ pacifi
ce ⁊ quiete: ⁊ ꝙ haberet bona iura: bonas
leges ⁊ doctrinas: ac bonos moꝛes. Et qꝛ
intellexit ꝙ ĩ iuſticia ſunt oẽs ꝟtutes: vo
luit ꝙ ciuitas iuſticie vocaret̃: ⁊ iõ pꝛoui
dit ſibi de quattuoꝛ ph̃is melioꝛibꝰ mũdi
et fecit eos habitare ad q̄ttuoꝛ ꝑtes ciui-
tatis: ⁊ rogauit vt ibi ꝑ annũ moꝛarent̃: ⁊
ſi quid inuenirẽt cõtra dicta que deſidera
bat: ipm in fine anni certificarẽt. qᷝ et fe
cerũt. Conſiderauerũt illi ph̃i leges ciues
in tẽplis ⁊ in foꝛis in feſtis et ludis: diui-
tes pauperes mulieres et paruulos: et in
fine anni acceperũt licentiam a rege: et di
xerunt ſe nolle diutius in ciuitate illa mo
rari. Quid autem videretur coꝛrigendum
vel arguẽdum de moꝛibus ciuitatis: qui-
libet ipſoꝛum relinqueret in poꝛta ſua/ in
duobus verſibus exaratum. Regiq; dixe-
runt ꝙ cum contenta in verſibus coꝛrexiſ
ſet: ciuitatem illam ciuitatem iuſticie no-
minaret. In poꝛta autem oꝛiẽtali ſic erat
ſcriptum. Munus ſit iudex: fraus eſt mer
catoꝛ in vꝛbe: Nec lex eſt dominis: nec ti-
moꝛ eſt pueris. In poꝛta autẽ auſtrali ſic
ſcribebatur. Ingeniũ dolus eſt: amoꝛ om
nis ceca voluptas: Ludus ruſticitas: ⁊ gu
la feſta dies. In poꝛta occidentali ſic erat
ſcriptum. Etas ridetur: mulier pulſatur
amoꝛe: Diues laudatur: pauper adheret
humo. In poꝛta aquilonari. Pꝛudentes
ceci: contracti degenerati Sunt notus
ignotus: nullus amicus amat. Modo in
uenietis ꝙ hec omnia ſunt vera noſtris
tempoꝛibus. Quantum ad pꝛimum quis
eſt modo qui poſſet cõfidere in iure in cu
ria ſeculari vel eccleſiaſtica: niſi qui habet
munera pꝛo iudice ⁊c. Ideo pꝛohibitũ eſt
in lege dei etiam regis/ ꝙ iudices mune-
ra non accipiant. Quantum ad legem re-
gni oꝛdinatum eſt ab antiquis: et in foꝛ-
ma iuramenti ſtatutum/ ꝙ faciant domi
no regi iuramentũ iuſticiarij et barones:
et illi qui ſunt de conſilio regis ꝙ a nullo
munera accipiant: quem ſciãt in curia re-
gis habere negocia expedire. In lege au-
tem dei inhibitum eſt Exodi. xxiij. Non ac
cipies munera: que etiam excecant pꝛudẽ
tes: et ſubuertunt verba iuſtoꝛum. Ideo
contra tales loquitur dominus Eſaie. v.
Ue qui iuſtificatis impiũ pꝛo muneribus
et iuſticiam iuſti aufertis ab eo. Et hec fu
it cauſa quare filij heli ſacerdotis perdi-
derunt regnum populi iſrael: quia accepe
runt munera et peruerterunt iudiciũ. Un
de narrat Ualerius/ ꝙ facta contentione
de duobus in ſenatu/ quis eoꝛum mittere
tur in hiſpaniam legatus: ſententia Sci-
pionis pꝛeualuit: q̄ dixit. neuter mihi pla
cet mittẽdus: qꝛ nihil alter hꝫ: alteri nihil
eſt ſatis. Ex quo pꝫ ꝙ iudices non debent
eſſe auari nec pauperes. Et ſequitur vltra
ſcd̃m iſtiꝰ ph̃i. Fraus eſt mercatoꝛ in vꝛbe.

# Figura peccatorum.

Eſt eñ fraus in mixturis.antiqui et noui ĩtegri ⁊ corrupti.hãc nouerũt pãnoꝝ mercatores:q2 defraudant in mẽſurando:⁊ lanarum et aliarum rerũ mercimonialium in ponderãdo ⁊c. Poſtea dicit. Nec lex eſt dñis : quia multi potentes leges nõ obſeruant:quas cogunt infirmiores obſeruare. Uñ narrat Ualerius lib.vij.ꝙ Anacharſis pħus leges telis comparauit aranearum:que fiũt mira ſubtilitate:et non capiũt magna aĩalia:ſed parua ſicut muſcas. Sic fit frequẽter ꝙ illi qui debent exequi legẽ ſunt peiores et nõ puniuntur ſed minores ſolũ ſi legem infringant. Uñ legitur ꝙ Socrates pħs vidẽs ſemel baiulos cuiuſdã principis quendã latronez ad patibulũ ducere:ſcripſit et ſubriſit: et interrogatus de quo rideret:ait.Ecce inquit quõ magni latrones ſuſpendũt paruum. Et ſequitur quartũ ſcilȝ Nec timor eſt pueris. Ariſtoteles docet ꝙ tria ſunt ſm politicã de quib' pueri ſunt informãdi:q2 ad hec faciliter inclinantur. ideo q2 habẽt ſuccedere parentibus in regimine ciuitatis:debent igiť erudiri : ne ſint dediti.ſ.ire/gule/⁊ luxurie : ⁊ hoc verbo et exẽplo. Nam dicit Ariſtoť.vij. politicorũ in fine:ꝙ cura debet eſſe principi:ꝙ non ſint ĩ ciuitate alique viles picture nec ſcripture:p quas ad mala et feda aĩe puerorũ poterũt inclinari. Ideo antiquitus rome poterant intrare pueri in oĩa templa deoꝝ:excepto templo veneris:in quo nullo modo introducebãtur pueri: nec iuuenes:ne turpitudo picturarũ aĩos inficeret iunioꝝ. Sed iã non curãt multi nutrire filios honeſte:nec doctrina virtuoſa:ſȝ iam iurãt et blaſphemãt deũ et ſctõs. vñ narrat Gregori' in libro dialogoꝝ de puero quinqȝ annoꝝ ad talia aſſueto:ꝙ cum deũ inter brachia pr̃is blaſphemaret : ſicut cõſueuerat: fuit a diabolo trãſportatus. Ideo dr̃ Eccl'i.xxx. Qui diligit filium ſuũ:aſſiduat illi flagella:vt letetur in nouiſſimo illius. Ad hoc etiã narrat Boeti' in libro de doctrina ſcholariũ de quodã: qui ex negligentia parentũ multis vitijs aſſuetus:per eũ ſui parẽtes nobiles fuerunt depauperati.tandẽ ſuſpendio iudicatus:cũ a parentibus propter inopiam non potuiſſet redimi: cũ lachrymis petiuit a pr̃e oſculũ:⁊ pater erexit ſe ad oſculum : et filius morſu amariſſimo naſum patris abſcidit et ait. q2 primis meis erroribus euaſi incaſtigatus:ecce inq̃t matris mee preceptis nõ obediui:ſocios meos contẽpſi. quaſi diceret.tu reus es ſceleris mei:qui ab oĩbus defectibus me poteras caſtigare. Et iõ Eccl'i. vij. Filij tibi ſunt: erudi illos:⁊ curua illos a puericia illoꝝ. Simile huic de ſuſanna Danie.xiij. ꝙ parentes eius cum eſſent iuſti:erudierunt filiã ſuam ſm legem moyſi.

¶ Primũ verbũ ſcdĩ pħi fuit. Ingenium dolus eſt.de ingenio recte eſt ſicut de vino : qd̃ quanto eſt fortius: tanto citius mutat hominẽ et decipit acutius.ideo ficta fidelitas eſt in fidelibus et ſimplicib'. Legitur ꝙ xp̃s multotiens cõmunicauit ſe aſino:q̃ eſt animal ſimpliciſſimũ : quia quãdo reclinari voluit in preſepio: vt habetur Luce.ij. refugium habuit ad aſinũ Quando fugit in egyptũ elegit aſinũ pro equo. Quando acceſſit ad ciuitatẽ hieruſalem:cũ ſciuit mortem ſuã appropinquare:ſuper aſinam ſedit. Hec oĩa figurant quia xp̃s faciliter cõmunicauit ſe minoribus ⁊ ſimplicibus huius mundi. Sȝ modo ingenium dolus eſt.nam non reputať aliquis ingenioſus: niſi ſit doloſus : qui ſciat in facie adulari:et detrahere ⁊ decipere in occulto proximũ ⁊ huiuſmodi al's nihil appreciať. Ideo dixit quidã verſificator. Si vis laudari:ſi vis charuſqȝ vocari:Diſcas adulari:naȝ tales ſunt modo chari. Sed de talibus fiet ſicut de illo de quo narrat Hierony. ꝙ quidã peregrin' in frigore magno preuentus fuit nocte in deſerto : ⁊ tandẽ inuenit heremitam : et petijt hoſpitiũ ſuum.quo introducto ꝓpter frigus magnum ſufflauit in digitos ſuos:quia plus ibi patiebatur. Tũc queſiuit heremita cur ſic faceret:et ille vt digitos calefaceret. Tunc parato ſibi cibo ſufflauit in diſcum vt cibũ refrigeraret. Tũc ait heremita.recede miſer : quia contraria portas in ore.nõ es dignus hoſpitio: ſed ſupplicio. Sic faciet deus. tales eñ doloſos puniet ſine fine. Eccl'i.xxviij. ca. Multi ceciderunt in ore gladij : ſed non ſic quaſi qui interierũt per linguã ſuam. Ideo legiť in vitaſpatrũ ꝙ quidã ſanct' quotidie orabat deum di. Domine libera me a lingua mea. Secundũ verbũ ſecundi philoſophi eſt: Amor omnis ceca voluptas. Hoc ſatis pȝ in amore moderno

Unus viliſſimus ribaldus ꝑ munuſcula occulta. per cenas ſerotinas voluptuoſe amat ⁊ amatur. Et nota ꝙ amor eſt ceca voluptas. Nam vix homo diligit hoīem vel mulierem: quin ſit amor inordinatus vnde Eccl'i. xvij. Quid nequius ꝙ̄ quod excogitat caro et ſanguis. vnde refert Vincentius in. xxv. ſpeculi hiſtorialis: ꝙ exercitus karoli magni fuit ab infidelibꝰ deſtructus ⁊ interfectus: quia luxuriati fuerūt cum mulieribus nocte precedenti.

Tertium verbum ſecundi philoſophi eſt. Ludus ruſticitas. Dicit enim Ariſtoteles iiij. ethicorū: ꝙ ludus eſt ſolatiū ad vitā. ſed in ludo eſt turpiloquiū fugiēdum. vn̄ dicit ariſtoteles. vij. politicoꝝ ī fine: ꝙ totaliter turpiloquiū ex ciuitate per legiſlatorem opꝫ exterminari. dicere em̄ turpiloquiū: ſic̄ etiā ipꝫ facere deturpat hoīeꝫ. vnde in Dam̄. legitur ꝙ ſi filius alicuius nobilis inueniretur in aliquo defectu tali: eijceretur de menſa: ⁊ poneretur in terra: ⁊ verberibus caſtigaretur: ſi eſſet ſub cura vel infra annū ⁊c. ſi ſenior eſſet: penis conſimilibus plecteretur. hec fuit lex gentiū. Quid ergo de modernis: quoꝝ ludus deterius: qꝺ nō licet modo recitare. Nota de filia fornicata: que capitulata a patre: dixit nihil eā tam impudice traxit ad peccandum ſicut ludus patris. De tali materia ſi loquamur de ludo: vel de verbis: vel de factis: vel alijs quibuſcūqꝫ in quibus conſiſtit ludus modernoꝝ: totum pertinet ad peccatū. et per malum exēplū alios ad peccandū inducūt. et ſic ꝯtinue eorum peccata augmentantur. vnde Auguſti. dic̄ ꝙ incerta eſt penitentia arrij: quia incertū eſt q̊t ſua doctrina dānātur. vnde Job. xxi. dicit̄. Infantes eorum exultant luſibꝰ: tenent tympanū ⁊ citharā ⁊c. et ducunt in bonis dies ſuos: et in pūcto ad inferna deſcendūt. Quartū verbū ſecūdi philoſophi eſt. Gula feſta dies. quod quotidie ſatis patet. naꝫ homines freq̄nter nimis in diebꝰ feſtiuis dant ſe gule: ⁊ illud eſt graue peccatū: quia ſi ſe iebriat: exponit ſe periculo cuiuſcūqꝫ peccati. nec reſiſtere vitio poteſt. Nota de illo quem diabolꝰ rogauit ꝙ interficeret patrē ſuū pro diuitijs habēdis. vel cognoſceret matrem ſuam propriam: qui noluit: ſed conſenſit ꝙ volebat inebriari. quia hoc videbatur ſibi paruum: et quando factus eſt ebrius: cognouit matrem: et occidit patrem. q̄ dicit Gregorius. iij. moral'. Dum venter per abſtinentiā non reſtringitur: per carnis concupiſcentiaꝫ omnes ſimul virtutes obruunt. Et tunc certe iſti dies feſti conuertentur in lamentationē et luctum. Tob. ij. nam inutile eſt. Sex enim dies concedit deus hominibus vt ſibi victum acquirant. ſeptimū autē voluit ſibi dedicare: vt orationibus et alijs bonis operibus vacent: ⁊ regratientur ei de beneficijs ſibi datis. Sed iſtū ſeptimū dieꝫ dedicant gule: vt quilibet poſſit dicere illud pſ̄. cxv. Quid retribuam domino pro omnibꝰ que retribuit mihi. Calicem ſalutaris accipiaꝫ. Et vere melius eſſet ſic ire ad luctū ſm̄ illud Eccl'ſ. vij. Melius eſt ire ad domū luctus ꝙ̄ ad domū cōuiuij.

¶ Primū verbum tertij philoſophi eſt. Etas ridetur. Quando homo eſt totꝰ ſenex vxor faſtidit: filius deſiderat morteꝫ: famulus contēnit imperiū. Et iſtud inuenitur in omni genere hoīm. Rome fuit inſtitutū ſic̄ narrat valeriꝰ li. ij. ꝙ ſenectuti iuuentus talē exhiberet honorē: acſi oēs ſenes cuiuſlibꝫ iuuenis p̄res eēnt. ⁊ q̇ aliquē ꝯtēneret: ipſe etiā ꝯdēnaret̄. vn̄ valeriꝰ lib. iij. refert ꝙ dū quidā filiꝰ: qui patrē per pedes verſus oſtiū traxit ꝑ terrā: volēs eū expellere de domo: cū veniſſꝫ ad limen oſtij exclamauit p̄r. Ceſſa fili: traxi em̄ ego patrē meū: cū eſſem iuuenis: vſqꝫ huc. Sc̄dm verbū tertij p̄hi eſt. Mulier pulſat̄ amore. qꝺ eſt maximū pctm̄. nam multi ſunt qui ſunt ita effeminati: ꝙ maritatas ꝟgines et viduas expetūt: ⁊ inſidiant̄ qual'r eas poterūt decipe. Tertiuꝫ verbū p̄hi eſt. Diues laudat̄. qꝺ eſt irrationabile: cū ſatis ex diuitijs extollatur. Quartū verbū p̄hi eſt. Pauper adheret humo. Vita xp̄i tota fuit in pauptate: et vix ſunt aliqui qui illam velint ſequi.

¶ Quartus p̄hs ait. Prudentes ceci. q̄ tantū incedūt ſuper gloriā mundi ꝙ excecantur. Proſequere reliqua ſm̄ tui ingenij capacitatem ⁊c.

¶ Pro confraternitate. Sermo.

EStote cōpatientes: fraternitatis amatores. j. Petri. iij. c. Prout reperio in ſacra ſcriptura: fraternitas: ſiue fraterna di-

lectio/tria bona operatur vbi eſt. Per ipſam enim

A Primo pax conſeruatur.
Scdo ad pietatem homo inclinatur.
Tertio victoria de inimicis facilius habetur.

¶ Primo dico ꝙ per fraternā dilectionē pax conſeruat᷑. nam qñ aliq̄ fraterne ſe diligūt: ſignū eſt ꝙ eſt īter eos pax. q꞉ vt dicit pħs in ethicis. Amicus eſt alter ipſe. Exemplū habem⁹ Gen. xiij. vbi legit᷑: ꝙ cū abraā et loth receſſiſſent de egypto cū vxorib⁹/et cum omnib⁹ que poſſidebāt: ꝛ q꞉ ſubſtantia eoꝝ erat multa: ꝛ greges eorum nequibant habitare cōiter: vñ facta eſt rixa īter paſtores gregū abraā ꝛ loth: ꝛ iō abraā ad loth ait. Ne q̄ſo ſit iurgiū īter me ꝛ te: et inter paſtores meos ꝛ tuos: fratres eñ ſumus. Appet ḡ prima clauſula.

¶ Scdo dixi ꝙ ad pietatē homo īclinat᷑. Videmus eñ ꝙ homo facili⁹ inclinatur ad miſerēdū: ꝛ adiuuat illos q̄ ſunt de parentela ei⁹: q̄ȝ extraneos: ſicut legim⁹ Geneſ: xlij. vbi d꞉ ꝙ cū iacob ꝛ filij ſui habitarēt in terra chanaā: in q̄ erat fames valida: ꝛ audirent ꝙ alimenta vendebant in egypto: miſit decē filios ad emendum. ioſeph aūt erat gubernator ꝛ diſpēſator terre egypti: q̄ per eos fuerat vendit⁹: iō qñ fuerūt in egypto: ipſi nō cognouerunt eū: ſed ipſi ab ipo bene fuerūt agniti: qui ei narrātes penuriā: quā pr̄ et ipſi ſuſtinebant: ſine pecunia dedit eis triticū. et cū poſtea vidiſſet fratrē ſuū vterinū beniamin: ait. De⁹ miſereat᷑ tui fili mi. feſtinauitq̄ȝ in domū: q꞉ cōmota erāt viſcera ei⁹ ſuper fratre ſuo: ꝛ erūpebant lachryme. ꝛ introiens cubiculū fleuit. Apparet ergo ſecūda clauſula.

¶ Tertio dixi ꝙ victoria de inimicis facili⁹ habet᷑. q꞉ d꞉ Prouer. xviij. Frater qui adiuuat᷑ a fratre q̄ſi ciuitas firma. Exemplū eñ habemus. j. mach. iij. vbi legit᷑ ꝙ iudas machabeus: mortuo matathia patre ei⁹: ſurrexit p꞉ eo ꝛ adiuuabāt eū fratres ei⁹. ideo ſequit᷑. Repulſi ſunt inimici ei⁹ pre timore eius. ꝛ deuicit appollonium: et multos pp̄los. Et hoc quantū ad tertiū. Apparet ergo regula preaſſumpta.

¶ Modo predicta nr̄o propoſito applicādores vos debetis hr̄e iſta tria. videlȝ
Primo ſimul pacem ꝛ concordiam.
Secūdo erga proximū pietatē et miam;
Tertio de inimicis victoriam.

¶ Primo dixi ꝙ debetis hr̄e pacē et ꝯcordiā. ita admonuit nos multitudo angelorū nato dei filio di. Glīa in altiſſimis deo et in terra pax hoibus. Luc. ij. Et q꞉ pax eſt hereditas: quā nobis dei fili⁹ in ſuo teſtamento dimiſit. Johā. xiiij. Pacē relinq̄ vob: pacē meā do vobis. in tantū eſt neceſſaria nobis: ꝙ ſemp̄ nobis in miſſa d꞉. Pax dñi ſit ſemper vobiſcū.

¶ Dixi ſcdo ꝙ debetis habere pietatē et miam. ita d꞉ vobis Luc. vj. Eſtote miſericordes ſicut ꝛ pater veſter miſericors eſt. Et ratio eſt: q꞉ filij debēt imitari patrem ſuū. cū eñ deus vocet᷑ pater miarū. nuſq̄ȝ eñ legit᷑ ꝙ deus vocet᷑ pr̄ potentiarum: neq̄ȝ pr̄ ſcientie: ſed pr̄ mie: ad innuendū ꝙ illi qui ſunt filij ſui: nō debēt ipſum in potētia imitari: neq̄ȝ in ſciētia: ſed ſolū ī mia: ſi volunt ab eo hereditari. iō beatus Aug. ſuper p̄dicto v̄bo ait. Inueniſti patrē: imitare patrē. ſi eñ imitari non vis: exhereditari diſponis. hec ille.

¶ Tertio dixi ꝙ debetis hr̄e de inimicis victoriā. q꞉ vt dicit ſctūs ille Job. vij. Militia eſt vi. ho. ſu. ter. Modo nos habem⁹ vnū aduerſariū potentē ꝛ crudelē: quem debem⁹ vincere: de q̄ loquit᷑ btūs Petr⁹ j. Pet. v. aduerſari⁹ veſter diabol⁹ tanq̄ȝ leo rugiens ꝛc. Vincitur iſte inimic⁹ per humilitatē. j. Job. ij. Vos ex deo eſtis: et viciſtis malignū. ¶ Ex antedictis formet᷑ talis ratio. ſ. ex maiori et minori: ꝛ cōcludatur ſic thema. Fraternitas operat᷑ tria bona predicta. ergo bene hortatur et monet vos petr⁹ apoſtol⁹ ꝙ ſitis amatores fraternitatis. di. verbū thematis prelibati. ſcilȝ Eſtote compatiētes ꝛc.

¶ In q̄bus v̄bis ad duo vos hortat᷑. vcȝ
Primo ꝙ pauperū ꝓximorū velitis eſſe adiutores. eſtote
Secundo ꝙ vnitiue charitatis contendatis eſſe cultores: quia di. fraternitatis amatores.

¶ De primo cauſa breuitatis nō curo: q꞉ ſatis ptȝ. B ¶ Sed quantū ad ſcdm̄ eſt ſciēdū ꝙ vos ꝑ charitatē debetis eſſe vniti ꝛ cōgregati. Et rō eſt: q꞉ multi meli⁹ ſe iuuant et ſupportāt. iō dicit ſalomō Eccl'ſ iiij. Melius eſt duos eſſe ſimul q̄ȝ vnum ſcȝ ſi ſint iuuantes ſe ad cōſeruandum in bono. vñ ſicut totū integrale vt dom⁹: hȝ eſſe q̄ȝ diu ꝑtes eius manent coniūcte. ſic

ſpiritualiter veri cōfratres hūt eſſe ſpūa-
le q̄diu ſunt in charitate vniti. Jō dr. j.
Pet. ij. Deū timete: fraternitatē diligite.
Et in exēplū huius legit in vitaſpatrū: ꝙ
q̄dam ſue ſalutꝫ emulꝰ/ quēdā patrē con-
ſuluit qd horū meliꝰ expediret ducere. ſcꝫ
vitā heremiticā vel cenobicā ꝛ ſocialem.
Cui pr̄ noluit rn̄dere vbo ne pateret calū
niā. ſed rn̄dit exēplo. iuſſit vt vas plenum
carbonibꝰ ignitis afferret: qd cū ille mā-
datis obediēs attuliſſet: pr̄ ille carbonez
extrahēs: quē ignitiſſimū vidit: in terrā
locauit: vbi cū eſſet ſolitariꝰ: non multo
poſt eſt extinctꝰ. qd ille nō intelligēs ait.
Pr̄ qd ſibi vult obſecro qd feciſti? iā inq̄t
ſi aduertiſti ſatiſfactū eſt q̄ſtioni. ecce car
bo q̄ exiſtēs cū alijs plꝰ erat oībꝰ ignitus
prorſus extinctꝰ eſt ab aere frigido circū-
ſtante: qꝛ manſit ab alijs ſepatꝰ. reliq̄ ad-
huc igniti pmanēt: eo ꝙ ex conſortio mu-
tuo in calore ſe fouēt. Sic hoīes manen-
tes cū alijs in fraternitate ꝛ dilectiōe: ſe
adiuuāt in bono: ꝛ in merit adinuicem
ſupportāt: qꝛ in hoc cognoſcit vra frater-
nitas: qn̄ ſimul ſe iuuāt ꝛ ſupportant. vn̄
Rabanꝰ ſup Mat. Uera fraternitas eſt
q̄ fratrē veneratur: corripit diſſolutū: abſen
tē nō rodit: ſano applaudit: infirmū non
deſerit: placatū non puocat. hec ille. Et
ſi bene iſta verba intelligant: cōtinēt tria
que debent habere qui ſunt confratres.
Primo ꝙ ſint ſine rixa et diſcordia.
Scdo ꝙ ſint ſine peccato et macula.
Tertio ꝙ ſint ſine obliuiōe ꝛ negligētia.
¶ Primo dico vt inter eos nō ſint iurgia
vel rixe: ſed ſint cōfratres. i. ſimul fratres
nā ſicut cordis diuiſio eſt ſignū mortꝫ cor
poralis. ſic diuiſio et briga confratrū eſt
ſignū mortis ſpūalis: et iō dr. j. Petri. j.
Jn fraternitatis amore ſimplici ex corde
inuicē diligite attentius. propter quod a
talibꝰ cōfraternitatibꝰ ſunt totaliter ex-
pellendi hoīes vitioſi: ꝛ iurgia ſeminan-
tes: qꝛ eos perturbant.
¶ Secundo dico ꝙ ſint ꝛc. ſicut vna ouis
fetida ꝛ morbida totū gregem inficit: ſic
vnꝰ confrater inuolutus in pctīs alios p
malū exemplū corrūpit ꝛ inficit. ideo etiā
qn̄qꝫ p ipſum tota cōfraternitas deperit
ſicut dr Sap. x. Per irā homicidij frater-
nitas depijt. iō tales ſunt a ꝯfratribꝰ ex-
pellendi: ne alios fedent et deturpent.
¶ Tertio ꝙ ſint ſine obliuione eorū qui
ſunt de ꝯfratria: cōfratres iſirmos viſitā-
do: ꝯfratres paupes iuuando: diſcordes
pacificādo: triſtes ꝛ merētes ꝯſolādo: ꝛ il
lis q̄ ſunt i purgatorio ſacrificijs/ orōni-
bus/ ꝛ elemoſynis ſubueniēdo. Jō illi q̄
in talibꝰ ſunt negligētes: ſunt expellendi
de ꝯfratria tāq̄ ingrati: qꝛ nolūt obſerua
re quod pmiſerūt. qꝛ tales ꝯfratrias de-
ſtruūt ꝛ euertūt. pter qd dr. ij. ad theſ.
iij. Denūciamꝰ aūt vobis fratres in noīe
dn̄i nr̄i ieſu xp̄i: vt ſubtrahatis vos ab oī
fratre ambulāte inordinate. Appet g̃ qua
liter debetꝫ p charitatē eſſe vniti et ꝯgre-
gati in iſta ſctā confratria: vt ſcilicꝫ vno
ore deū laudetis: vno corde primū diliga
tis: ꝛ ſic in pn̄ti ꝯſequemini diuinā grāꝫ:
et i futuro eternā gloriā. Ad quam ꝛc.

¶ Pro conſecratiōe eccleſie vel dedi
catione. Sermo.

TEmplū dei ſan-
ctuz eſt. j. Cor. iij. Prout re
perio in ſacra ſcriptura: tē
plū materiale p̄ alijs domi
bꝰ habuit q̄ttuor ꝯditiōes:
ppter q̄s tēplū ſalomonis fuit edificatū.
Primo ad offerēdū deo ꝛ ſacrificandum.
Scdo ad docēdū ignorātes ꝛ informādū.
Tertio vt eſſet domꝰ dei ad inhabitādū.
Quarto vt eſſꝫ locꝰ ſpāl ad deū exorādū.
¶ Dixi primo ꝙ templū erat ordinatū vt
ibi offerrēt filij iſrael deo oblationes ꝛ ſa-
crificiū p pctīs ſuis. Jta legimꝰ feciſſe il-
lū regē ezechiā: vt legit. ij. Parali. xxix. ꝙ
vocauit ſacerdotes ꝛ leuitas vt ſanctifica
rent domū dn̄i: ꝛ mūdarēt: qꝛ patres eorꝫ
totaliter dereliquerāt dn̄m: ꝛ ei non ſa-
crificauerāt: immo potiꝰ idolis. Cūqꝫ fe-
ciſſent cōſurgēs diluculo ezechias aduna
uit oēs principes ciuitatꝫ: ꝛ aſcēdit domū
dn̄i vbi obtulerūt multa ſacrificia. Jſtud
preceperat deus filijs iſrael Deutero. xij.
di. Ad locū quē elegerit dn̄s deus veſter
de cūctꝫ tribubꝰ vr̄is: vt ponat nomē ſuū
ibi: ꝛ habitet in eo: venietis ꝛ offeretꝫ in
loco illo holocauſta ꝛ victimas vr̄as ꝛc.
Apparet ergo prima clauſula.
¶ Dixi ſcdo ꝙ templū eſt locꝰ in q̄ inſtrue
bātur ignorātes in lege dn̄i. iō dr Luc. xix
de xp̄o ꝙ gētes docebat ꝛ inſtruebat i tē-
plo. vnde dicit euangeliſta. Erat docens
quotidie in templo. Silr Joh. xviij. legit
ꝙ cum pontifex iudeorum interrogauit
ieſum de diſcipulis ſuis: et de doctrina
eius: rn̄dit ei ieſus. Ego ſemp docui i ſy-

nagoga ⁊ in tẽplo:quo omnes iudei cõue
niũt:et in occulto locutus ſum nihil. Ap-
paret ergo ſecunda clauſula.

¶ Dixi tertio ꝙ eſt locus ⁊ habitatio dei.
Quis eñ deus ſit vbiqꝫ:tñ ſpecialiter in-
uenit in tẽplo.pš.x.Dñs in tẽplo ſctõ ſuo
⁊c.etiã.ij.Machab.xiiij. legit ꝙ ſacerdo
tes rogabãt deũ ⁊ dicebãt.Tu dñe vniuer
ſoꝝ qui nullius indiges:voluiſti tẽplũ ha
bitationis tue fieri in nobis.Similiter le
gitur Geñ.xxviij.ꝙ cũ iacob egrederet de
berſabee⁊ ꝑgeret aran:venit in mõte mo
ria:vbi poſtea fuit edificatũ tẽplum ſalo-
monis:⁊ ibi vidit in ſomnis ſcalã ſtãtẽ ſu
per terrã:⁊ cacumẽ illiꝰ tangẽs celũ:ange
loſqꝫ dei aſcẽdẽtes ⁊ deſcẽdẽtes per eã:et
dñm innixũ ſcale.⁊ ſequitur infra.ꝙ dixit
iacob.Vere dñs eſt ĩ loco iſto ⁊ ego neſcie
bã.Nõ eſt hic aliud niſi domus dei et por
ta celi.Et ſic patet tertia clauſula.

¶ Dixi quarto ꝙ tẽplũ eſt locus ĩ quo de-
uote dñm oramus. Ita dicit origenes ex-
ponens illud verbũ Mat.xxj.Domꝰ mea
domꝰ orationis vocabit.In tẽplo dñi nõ
debẽt vẽdere ⁊ emere:ſꝫ orationibꝰ tñ va
care. Exẽplũ habemꝰ.j.Reg.j.c. ꝙ anna
deuote orauit in tẽplo:⁊ heli ſacerdos ſpi
ritu ꝓphetico ait ad eã. Vade in pace:et
deus iſrael det tibi petitionẽ tuã:quã ro-
gaſti eũ.et tũc habuit filiũ ſamuelẽ ꝓphe
tã.Etiã legit Luc.j.ꝙ cũ zacharias ſacer
dos oraret in tẽplo: apparuit ei angelus
dñi. Ne timeas zacharia qm̃ exaudita ẽ de
precatio tua. Apparet igit quarta clauſu
la:⁊ ꝑ ꝯñs tota regula preaſſumpta.

¶ Modo predicta nr̃o ꝓpoſito applican-
do:hec preſens eccleſia ad honorem dei ⁊
btẽ virginis ac ſanctoꝝ edificata hꝫ ꝓprie
tates et excellentias ſupradictas.

Primo in ea ſacrificiũ gratũ deo offertur
et immolatur.

Secundo in ea rudis populus inſtruitur
et informatur.

Tertio domus dei et eius habitatio dicit
et affirmatur.

Quarto eſt ſpecialis locus vbi fit oratio:⁊
deus adoratur.

¶ Primo fuit dictũ ꝙ offert ĩ hac eccleſia
ſacrificiũ deo placẽs.ſ.ſacr̃m corꝑis xp̃i ⁊
ſanguinis:qđ q̃tidie in memoriã paſſiõis
eiꝰ imolamꝰ:ſic ipſe xp̃s nobis p̃cepit di.
Lu.xxij.Hoc facite ĩ meã cõmemorationẽ
Et officiũ iſtiꝰ ſacrificij nos ꝓprie vocamꝰ
miſſaꝫ:ex eo ꝙ celeſtis miſſus.ſ.xp̃s a p̃re
mittat q̇ ipſam hoſtiã cõſecrat:⁊ ꝑ eũdẽ a
nobis p̃ri mittit vt ꝓ nob̃ intercedat.Vñ
Hugo. Ipſa hodie ſacra miſſa vocari põt
q꞉ trãſmiſſa ẽ. Prĩo a p̃re nobis ꝑ ĩcarna
tionẽ.ſcđo a nobis p̃ri ꝑ paſſionẽ.hec ille
Silr in ſacr̃o.ꝑmo a p̃re nobis ꝑ ſcrifica-
tionẽ:q꞉ nobiſcũ eẽ ĩcipit.p̃terea a nobis
p̃ri ꝑ oblationẽ:q꞉ ꝓ nobis ĩtercedit. Et
debetis ſcire ꝙ miſſa ĩ tribꝰ linguis cãtat
ſcꝫ greca:hebraica:⁊ latina: ad repreſentã
dũ titulũ dñice paſſiõis:q̇ ſcriptꝰ erat gre
ce hebraice et latine.Et ad notãdũ ꝙ oĩs
lĩgua dꝫ deũ laudare:qđ ꝑ hãc triplicẽ lin
guã ĩtelligit. Latina aũt ſunt ĩtroitꝰ/glo
ria/ep̃le/or̃ones/⁊ cãtꝰ. Greca ſunt kyrie
eleyſon.chriſte eleyſon ⁊c.Nouẽ vicibꝰ cã
tant: vt nos ad ſocietatẽ nouẽ ordinũ an
geloꝝ ꝑueniamꝰ.Hebraica ſunt alleluya:
amẽ: ſabaoth:⁊ oſanna. Apparet ergo ꝙ
hic offert ſacrificium deo acceptum.

¶ Scđo dixi ꝙ in hac eccl̃ia hoĩes ignorã
tes ĩſtruunt.Hec domꝰ ẽ ſchola:ĩ q̃ hoĩes
ignari ⁊ ignorãtes ĩſtruunt. q꞉ videtis ꝙ
hic precipiunt ieiunia feſtiuitates. q̃liter
debetis ꝯfiteri:q̃liter viuere:q̃lr deũ ama
re: q̃liter de pctĩs pñiam agere : ꝑ illos q̇
nobis hic p̃dicãt:⁊ ſacr̃a miniſtrãt.Hic ĩ-
ſtruimur de fide : ſine q̃ nullꝰ põt ſaluari:
vt dicit Athana.⁊ q̇ ſentire aut docere de
corꝑe dñi baptiſmate aut alijs ſacr̃is pre
ſumpſerit:niſi vt mr̃ ſctã eccl̃ia predicat ⁊
obſeruat:velut hereticꝰ ꝯdẽnet. ex̃ de he
re.c.ad abolẽdã. ⁊ ideo ſolũ fideles ĩ hac
ſchola docent verbo: ĩmo etiã ſcripto: q꞉
ibi depingunt cruces ⁊ imagines propter
rememorationẽ ⁊ inſtructionẽ:q꞉ ſunt q̃ſi
libri laicoꝝ. Apparet igitur quomodo in-
ſtruuntur ignorantes.

¶ Tertio dixi ꝙ hec ẽ domꝰ dei ⁊ eiꝰ habi
tatio: q꞉ hic ⁊ ĩ eccl̃ia bñ ordinata ĩuenie
tis ſemꝑ corpꝰ xp̃i ĩ tabernaculo:q̇ eſt rex
regũ et dñs dñantiũ.Apoc̃.xix.Vñ recte ẽ
domꝰ dei:ĩ q̃ ſacr̃a ꝯtinent:⁊ miniſtrant:
et dant q̃dã hoĩbꝰ ĩ hũc mũdũ ĩtrãtibꝰ vt
baptiſmꝰ:q̃dã exeũtibꝰ vt extrema vnctio:
q̃dã cõmorãtibꝰ.⁊ hoꝝ q̇dã ſunt miniſtrã
tes:⁊ his dat ordo:q̇dã pugnãtes: ⁊ hoꝝ
q̇dã pene ſuccũbũt⁊ his dat pñia.q̇dã ĩſi
ſtũt ⁊ his ꝯfert audacia animi vt roborẽ-
tur ⁊ hᵒ ꝑ cõfirmationẽ.dat cibꝰ vt ſuſtẽtẽ
tur ꝑ euchariſtie ſuſceptionẽ.fit eñ remo
tio impedimẽti ne deijciant:⁊ hoc ꝑ ma-
trimonij coniunctionẽ. Apparet ergo ꝙ
hec eccl̃ia ẽ domꝰ dei ⁊ eiꝰ habitatio.

¶ Quarto dixi ꝙ iſta eccleſia eſt locus in
quo deꝰ laudatur: ⁊ fit orõ. et hoc ĩ ſeptẽ
canonicis horis. ſ. ĩ matutinis ꝑma ⁊c. ⁊
lꝫ in q̃libet hora diei/deus eſſet laudan⸗
dus: tñ quia ad hoc infirmitas nr̃a non
ſufficit: ordinatũ eſt ꝙ in iſtis ſpecialiter
deũ laudemꝰ. De hore ab alijs priuilegia
te ſunt. nam nocte media oramꝰ deum in
eccl'ia et laudamꝰ: qꝛ media nocte xp̃s na
tus eſt: captus ⁊ illuſus a iudeis fuit. Jn
hac iterũ hora infernũ ſpoliauit: et eadẽ
hora large accipiẽdo. ſ. ante lucem mane
ſurrexit. Jn media aũt nocte ad iudiciuꝫ
venturus aſſeritur. Addunt etiã matuti⸗
nales laudes: qꝛ in mane egyptios ĩ mari
rubro ſubmerſit: mũduꝫ creauit. Jn hora
etiã prima in eccl'ia oramꝰ: ⁊ laudes deo
ſoluimꝰ: qꝛ iſta hora xp̃s ad tẽplũ maxi⸗
me cõueniebat: et pplus ad eũ mane feſti
nabat: pilato ꝑſentatꝰ fuit. Jn hac etiam
hora reſurgẽs mulierībꝰ primo appuit.
Jn hora tertia linguis iudeoꝝ crucifixus
eſt. a pilato ad colũnã flagellatꝰ eſt. ⁊ ad⸗
huc vt dꝛ in hiſtorijs: colũna vbi ligatus
fuit: ſignũ cruoris oſtẽdit. et hac hora ſpi
rituſſctũs miſſus eſt. Sexta in cruce cla⸗
uis ꝯfixus eſt: ⁊ tenebre ꝑ vniuerſum mũ
dũ facte ſunt: vt in morte dñi ſui/ſol lu⸗
gens veſtibꝰ nigris ſe cõtegeret: ⁊ ne cru⸗
cifigẽtibꝰ diuinũ lumen ꝑberet: ⁊ in hac
hora in die aſcẽſionis cũ deſcipulis diſcu
buit. Jn nona xp̃s ſpm̃ emiſit: miles latꝰ
eius aperuit: cetus apl'oꝝ ad adoranduꝫ
venire cõſueuit: et xp̃s in celũ aſcẽdit. Jn
veſpis autem xp̃s in eccl'ia ſacr̃m corporꝫ
⁊ ſanguinis inſtituit: pedes diſcipuloꝝ
lauit: de cruce depoſitꝰ: in ſepulcro collo
catꝰ fuit: ⁊ diſcipulis in habitu peregrini
ſe manifeſtauit. Jn cõpletorio xp̃us ſan⸗
guineas guttas ſudauit: ⁊ monumẽto eiꝰ
cuſtodia deputata fuit. et ibidẽ quieuit:
reſurgẽs diſcipulis pacem nũciauit. Pro
his oĩbꝰ in his ſeptẽ horis deũ laudamꝰ
et in eccl'ia oramꝰ ſemꝑ verſi ad orienteꝫ:
et hoc triplici rõne: vt dic̃ Damaſceñ. lib.
iiij. c. v. Primo qꝛ deus paradiſum ĩ quo
poſuit adã in oriẽte plãtauit: ⁊ adã ante
paradiſuꝫ exulẽ ſtare fecit: iõ verſus oriẽ
tem oramus: vt patriã nr̃am nos req̃rere
oſtẽdamꝰ. Scõ vt ad xp̃m crucifixũ reſpi
ciamꝰ. qꝛ xp̃s crucifixus ad oriẽtẽ reſpicie
bat. ⁊ ita adoramꝰ ad ip̃m reſpicientes.
Tertio vt venientẽ iudicẽ nos expectare
mõſtremus. qꝛ xp̃s aſſumptus fuit in ce⸗
lũ verſus oriẽtẽ vt apl'i viderunt. ⁊ ita ve
niet q̃uo viderũt eũ euntẽ ĩ celũ. His igr̃
tribus de cauſis in eccl'ia nos oramꝰ ver⸗
ſi ad orientem. Apparet ergo quõ eccl'ia
eſt locus orõnis. Ex antedictis igit̃. ſ. ma
iori et minori concludat̃ thema. hec igit̃
eccl'ia eſt templũ dñi. que ſunt verba no⸗
ſtri thematis preaſſumpti. Jn quibꝰ ver⸗
bis duo tanguntur.

Primo ꝙ eſt locus ad quẽ peccator ſecu⸗
re poteſt recurrere capiens ſaluari: qꝛ
templum dñi.

Secundo ꝙ congrua ratione ſingulari⸗
ter dꝫ honorari et viſitari: qꝛ ſctm̃ eſt.

¶ Pro pluuia impetranda. Sermo.

MIchael archan⸗
gele veni in adiutoriũ ppl'i
dei. Daniel. x. Ubi legimus
ꝙ dũ ppl's dei eſſet in capti
uitate babylonie: rogatus
⁊ obſecratꝰ michael ꝑ danielẽ in captiui
tate exiſtentem: ꝙ rogaret ꝓ captiuitate
iudeoꝝ vt liberarent̃ ab illa: cuꝫ ip̃e eſſet
princeps ſynagoge ⁊ populi dei. dicit Da
niel in textu: ꝙ michael vnꝰ de principi⸗
bus venit in adiutoriũ ſibi. Ad ꝓpoſituꝫ
hoc dicit eccl'ia: ⁊ oẽs q̃ ſumus cõgregati
modo in iſta ꝓceſſione. Michael archan
gele veni ⁊c. Tres rõnes ſunt q̃re nos nõ
obtinemus quod petimus. videlicet.
Prima eſt defectus amoris ad deum.
Scõa eſt defectꝰ dilectionis ad ꝓximum
Tertia eſt defectꝰ fidei ⁊ charitatꝫ ĩ oĩbꝰ.
¶ Hoc ꝓuenit ex defectu virtutũ ⁊ bono
rũ operũ. Hiere. iij. contra aĩam pctõris.
Polluiſti terram in fornicationibꝰ tuis ⁊
in malicijs tuis. ꝙobrem prohibite ſunt
ſtille pluuiarũ: ⁊ ſerotinꝰ ĩber nõ fuit. Si
cut ſiccitas ĩ lingua infirmi ꝓuenit ex ca
lore interiori: ſic pluuia exteriꝰ ꝓuenit ex
ſiccitate aĩe ĩfirme. pſ̃. cxlij. Aĩa mea ſic̃
terra ſine aqua tibi. Sumꝰ ſicci quoad ꝓ
ximũ eũ non amãdo: ⁊ pauperibꝰ nõ ſub
ueniẽdo. pſ̃. cvj. Poſuit terrã fructiferaꝫ
in ſalſuginẽ a malicia inhabitãtiũ in ea.
¶ Scõa ratio eſt ſiccitas bonoꝝ operuꝫ ⁊
virtutũ: ⁊ hoc abintra. Ex dictis Auguſt.
aſſignat̃ alia rõ ad ꝓpoſitum: que eſt iſta
Creatura regit̃ ⁊ ſuſtentat̃ a deo tanq̃ a
cauſa prima: ⁊ creatura inferior a ſuperio
ri tanq̃ a cauſa ſecunda. Exemplum dicit

Auguſtinꝰ. Angeli q̄ immediate ſunt ſub
deo: regunt immediate a deo. celuꝫ quod
eſt ſub angelis a deo ⁊ angelis. homo a
deo ⁊ ab angelis ⁊ a celo ⁊ a ſuis influen
tijs. ⁊ a quattuor elementis cū ſuis ſerui-
tijs: oīa enī creata ſunt propter hoīem: vt
ei ſeruiant. dixit deus Gene. j. Germinet
terra herbā virentē et facientē ſemen. et
lignū pomiferū faciens fructū iuxta ge-
nus ſuū. modo eſt ita dicit Augu. ꝙ crea-
tura que regitur a deo ⁊ ſuſtentatur ab
alia creatura; quāto magꝫ innitatur deo
⁊ cōformat ſe ſibi ꝙ̄ illi creature a quo re
gitur: tanto magis eſt cura deo de illa. exē
plū de angelis. quāto minus: tāto minꝰ.
ſi magis innitatur creature ꝙ̄ deo: tanto
minus eſt cura deo de ea. quaſi ꝙ deꝰ di-
cat illi. magis curas de creatura ꝙ̄ de me
ideo modicū curo de te. Ad propoſitū ho
mo regitur a deo et a creaturis ſupradi-
ctis: ſed magis homo īnititur creaturis:
vtpote patri et rebus tēporalibus ⁊c.

¶ Tertia rō quare nō obtinemus qđ peti
mus: eſt defectus fidei ⁊c. Hoc ptꝫ clare:
q: diuinū verbū nolumꝰ audire; neqꝫ ali
quid boni facere: ſꝫ ante reprobare. diui-
num officiū ꝓ temporalibus dimittere.
nō ſic impij non ſic. Leuit. xxvj. Si ī pre-
ceptis meis ambulaueritis: et mandata
mea cuſtodieritꝫ: ⁊ feceritis ea: dabo vob
pluuiā tēporibꝰ ſuis: et terra gignet ger-
men ſuū: ⁊ pomis arbores replebuntur.
Et tantūdem de hoc ſermone ad manꝰno
ſtras peruenit: propterea reliqua pro tui
ingenij viuacite proſequere; et propoſito
ſeu tue intentioni adapta.

¶ Pro mortalitate. Sermo.

A S**Ufficit nūc cō-**
tine manū tuam. ij. Regū.
in. c. xxiiij. ſcribit hic textꝰ
et thema. Moueor in pre-
ſenti ad accipiēdū hoc the
ma. quia fuit hoc verbum dictum.

Per dauid in tēpore peſtilētie. erat enim
tunc magna mortalitas: quia. lxx. milia
virorum mortui ſunt.

Fuit inquā dictum per dauid afflictū cru
deliter.

Fuit dictū āgelo percutiēti īmaniter. cui
dn̄s dixit ſufficit nunc ⁊c. Hoc habet in
hiſtoria vbi thema lib. ⁊ ca. regiſtratꝫ.

Anteꝙ̄ deſcendā ad iſtam hiſtoriā; ꝓ in-
troductione morali nr̄i thematis / debetꝫ
ſcire: et per practicam intelligere: ꝙ quā-
do aliqua mater habet aliquē filiū inſolē
tē: male nutritū: et indiſciplinatum: qua-
propter a pr̄e flagellatur et caſtigatur vt
corrigat: qn̄ videt mater ꝙ verberibꝰ ag-
grauat: currit ad manum patris: et tenet
eā: ne amplius feriat: et rogat eū vt ceſ-
ſet a verberatione: dicens thema. Suffi-
cit nūc ⁊c. Ratio eſt: q: mater non poteſt
diu diſſimulare: quin oſtendat maternuꝫ
affectū ad filiū. Eſaie. xlix. Nunq̇d obliui
ſci pōt mulier infantē ſuum: vt non miſe
reat filio vteri ſui? Ad propoſitū xp̄us eſt
pater nr̄: qui diligit nos: et per cōſequēs
ꝓpter nr̄as inſolentias et defectus caſti-
gat nos. Quē enī diligit dn̄s caſtigat: fla
gellat autē omnē filium quem recipit. ad
hebre. xij. Una eſt manus boni patris q̄
filio alimētū tribuit et flagellū. aliud eſt
enī vt viuat: aliud vt bene viuat. aliud ne
infinite deficiat: aliud ne indiſciplinatꝰ
paterna precepta contēnat. quē enim di-
ligit deus corripit. Flagellat aūt omnem
filium quem recipit. verba ſunt fulgentij
libro. ij. Sancta mater eccl'ia ſponſa xp̄i
eſt mater nr̄a: ⁊ vidēs ꝙ pater noſter qui
eſt in celis: verberat et flagellat nos mul
tis plagis. ſpecialiter plaga peſtilentie, et
mortalitatis: que plaga nimis dura ⁊ ri-
goroſa eſt: triplici ratione.

Primo ratione duratiōis tēporis. durat
enī iam in mūdo iſta plaga per. lxx. an-
nos. Et ꝙ̄uis multe mortalitates fuerīt
in mundo: tamen cū interuallo. mō au-
tem nullum faciunt: ſed ſemꝑ durant.

Scđo eſt rigoroſa ratione executiōis. exe
cutionem enī ſuā facit in bonos et ī vir-
tuoſos: ⁊ dimittit malos. Hic de hono-
rabilibꝰ hoībus mundi eccl'ie regnoꝝ et
ciuitatū. deuaſtat om̄e qđ bonum eſt: et
dimittit quod malū eſt. ſm̄ ꝙ deplorat
hieremias in lamētationibꝰ Threnorū.
ij. Occidit om̄e qđ pulchrū erat viſu ⁊c.

Tertio eſt rigoroſa rōne euidentie demō-
ſtratiue. Demōſtrat ad litterā euidenter
finē mūdi quē predixit xp̄s Mat. xxiiij.
dicēs. Conſurget gens in gētē: ⁊ regnū
in regnū: et erūt peſtilētie et fames ⁊ ter
remotꝰ ꝑ loca. Hec autē oīa initia ſunt
doloruꝫ. Uidemꝰ enī ꝙ infirmitas ⁊ do
lor in hoīe initia ⁊ indicia ſunt mortis.
Uidemꝰ etiā ꝙ domus frequētibus rui

nis partialibus expoſita ocularitér caſ-
ſum ſuũ manifeſte oſtendit: quapropter
cũ iſta peſtilẽtie plaga ſit dura ⁊ grauis
rõne ſue durationis ⁊ ſue executionis et
ſue demõſtrationis: qꝛ demonſtrat pro-
pinquũ finẽ mundi: ideo mater noſtra
oſtẽdens ad nos maternũ affectũ: p̄rem
nr̄m ſponſum ſuũ xp̄m rogat: ⁊ ei humi
liter ſupplicat in themate dicẽs. Suffi-
cit: nunc contine manũ tuã. Format iſtã
ſupplicationẽ mater nr̄a eccl'ia p̄ri nr̄o
xp̄o ꝯ nos irato contra iſtã epidimiam
ꝓpter tria iuxta tres partes themat'.
Primo qm̄ iſta plaga eſt fortis et multũ
B nociua: iõ dicit. nunc contine.
Scd̄o qm̄ iſta plaga eſt magni timoris in
cuſſiua. ideo dicit. cõtine manũ tuam.
Tertio qm̄ iſta plaga eſt ſuper miſerã ple
bem importabilis oneris inductiua. iõ
dicit ſufficit. quia ſcꝫ non poſſunt por-
tare onus.

Prima pars.

¶ Dico primo ꝙ ſuppli
cat mater nr̄a eccl'ia pro ceſſatione iſtius
plage et peſtilẽtie xp̄o: qꝛ eſt multũ noci-
ua. Videmus moraliter loquẽdo: ꝙ quan
do homo minuitur in brachio vel in alia
parte bene ſuſtinet ꝙ ſanguis exeat ĩ ali-
qua quãtitate: ſed qñ nimis exit rogat mi
nutorẽ ꝙ ceſſet: ⁊ plangam liget: vt flux⁹
ſanguinis ceſſet: qꝛ exceſſiue extrahere de
ſanguine eſt multũ nociuũ. Ad ꝓpoſitũ
nũc eſt tẽpus in quo deus minuit et dimi
nuit mundũ cum gladio mortalitatis: cũ
ſagittis ſue ire ꝓuocatis nr̄a iniquitate
et implet illud Deut. xxxij. Inebriabo ſa-
gittas meas ſanguĩe: ⁊ gladius meus de
uorabit carnes. Sed qꝛ minutis hec ſa-
gitta multum nociua eſt: iõ eccl'ia ſuppli
cat xp̄o minuẽti ⁊ diminuẽti ꝑ iſtã plagã
⁊ peſtilẽtiã mundũ: di. nunc ꝯtine. i. ceſſet
fluxus. Sed ecce quid ꝯ nos replicat xp̄s
ſuper iſta ſupplicatiõe. ſupplicamus eñ
ſibi pro duobus. Primũ ꝙ ceſſet iſte flu-
xus ſanguinis. ſcd̄m ꝙ ceſſet iſte gladius
⁊ iſte ſagitte. Et dicit ſic. Legem poſui hie
remie. xviij. Si pn̄iam egerit gens illa a
malo ſuo quod locutus ſum aduerſus eã
agam et ego penitentiã ſup malo qđ co-
gitaui vt facerẽ ei. Iſtã regulã replicat ꝯ
nos xp̄s ſic. Vos vultis vt ligem plagã: ⁊
ceſſet fluxus ſanguinis: ⁊ vos non vultis
ligare plagã: nec abſtinere a fluxu ſangui
nis: quẽ quotidie facitis ꝑ homicidia: ꝑ
plagas ⁊ vulnera. Vos eſtis illa mulier q̄
patitur fluxũ ſanguinis. de qua Matth.
ix. Mar. v. ⁊ Luc. viij. et nõ ceſſatis: nec li
gatis plagam. Vuln⁹ et liuor et plaga tu
mens nõ eſt circũligata ⁊c. Eſaie. j. Quo-
modo ergo vultis ꝙ ego ceſſem ab iſta ſa
gitta: ⁊ ꝙ ligem plagã: ⁊ ꝙ ceſſem ab iſto
fluxu ſanguinis? Certe nõ faciã. et iõ cũ
multiplicaueritis orationẽ: non exaudiã
vos. quia man⁹ vr̄e plene ſanguine. ſunt
Eſaie. j. Sed paratus ſum ſeruare legem
ſi penitentiã egerit' ⁊c. Scd̄o vos ſuppli
catis vt ceſſem a gladio ⁊ ſagittis ire mee
et indignationis: ⁊ vos nõ vultis ceſſare
a gladio ſagitte detractionis et diffama-
tionis. Vos eſtis illi de qb⁹ pſalmiſta pſ̄
lvj. Filij hoĩm dentes eoꝝ arma et ſagit-
te: et lingua eorũ gladius acut⁹. et pſ̄. xiij
Quorum os maledictione ⁊ amaritudine
plenũ eſt: veloces pedes eoꝝ ad effunden
dum ſanguinẽ. Hic de ferico non nominã
do. hic de iſtis ſagittis diffamationis. et
iõ venit mortalitas in paruulis veſtris ⁊
filijs veſtris. et ſic implet illud. Sagitte
paruuloꝝ facte ſunt plage eoꝝ: ⁊ infirma
te ſunt ꝯ eos lingue eoꝝ. pſ̄. lxiij.
¶ Sed replicatis recurrẽdo ad dei mĩaꝫ C
et dicendo illud Eſa. lxiiij. Oĩa deſidera-
bilia nr̄a verſa ſunt in ruinas. Nunquid
antiqui de qbus Boetius. ij. de cõſolatio
ne metro. v. Vtinã modo noſtra redirent
In mores tẽpora priſcos. Oĩa iſta ſunt ĩ
ruinã: iudicabis dicens. in nationibus:
implebit ruinas. pſ̄. cix. Nunqd igit' ſup
his continebis te dñe ⁊c. quaſi dicat nõ.
quaſi pſalmiſta facit queſtionẽ dicẽs. pſ̄.
lxxvj. Nunqd obliuiſcetur miſereri deus:
aut ꝯtinebit in ira ſua mĩas ſuas? et Aba
chuc ad hanc queſtionem reſpondet ĩ ca.
iij. ꝙ non obliuiſcetur dicens. Cũ iratus
fueris mĩe recordaberis. Sed ad hoc re-
ſpondet xp̄s per regulã poſitam Iaco. ij.
Iudicium ſine mĩa fiet illi qui non facit
mĩam. Hic modo in mũdo nulla mĩa: nec
in principe: nec in rege: nec in iudice: nec
in iurato: nec in cõſiliario: nec in patre et
filio: nec in amico ⁊ ꝓximo. Hic ꝙ modo
tot⁹ mũdus ẽ filia gomer filie debelaim:
de qua ſcribitur Oſee in. c. j. ꝙ nomẽ ei⁹
fuit abſqꝫ miſericordia. Nos igit' qui ſu-
mus abſqꝫ mĩa: non poſſumus orare

dei mīam/ſupplicādo ꝓ mīa: oportet igi/
tur ꝙ ad dei mīam ꝓ nobis ſupplicet ec/
cleſia: que exaudiri digna eſt: q: ſpōſa xp̄i
eſt: et pro qua xp̄s mortuus eſt: et oſtēden
do ad nos maternū affectū: dicit xp̄o ſup/
plicando pro ceſſatione iſtius plage ⁊ pe/
ſtilentie. Nūc contine dñe cum ſara vxore
tobie. Tobie in. c. iij. Nūc dñe memor eſto
mei: et ne vindictā ſumas de pctīs meis:
neqꝫ reminiſcaris delicta mea vel parētū
meoꝝ ⁊c̄. Patet igitur ꝙ ſupplicatur xp̄o
contra iſtā plagā in themate: q: eſt multū
nociua: et ſibi dicitur. Nunc contine.

Secunda pars.

¶ Secundo formatur
ſupplicatio xp̄o contra iſtam plagā: quia
eſt magni timoris incuſſiua: ⁊ iō ſibi dici
tur. contine manū tuam. Videmus ad lit
terā ꝙ qñ medicus dat infirmo medicinā
acutam: rogat infirmus vt eam temperet
aliqua dulcedine: ne nimis grauet̄ in reci
piendo: q: frequēter acuitas medicine oc
cidit infirmū. Pene ſunt medicine in. ij.
ethi. modo iſte pene et medicine ſunt acu
te ⁊ graues: q: ſagitte potentis acute cum
carbonibus deſolatorijs. ps̄. cxix. et intā/
tum acute et graues: ꝙ non ſolū morien/
tes occidunt: ſed viuentibus incutiunt ti
morem mortis et pauorem. Iſte timor et
pauor videtur figuratus in lib. j. Reg. in
c. v. vbi habetur ꝙ philiſtijm tulerūt arcā
dei: et intulerunt eam in templū dagon: ⁊
ſtatuerunt iuxta dagon: qđ erat idolū eo/
rū: et percuſſit eos magna mortalitate in
tantū ꝙ dicit textus: ꝙ fiebat pauor mor
tis in ſingulis vrbibus: et grauiſſima erat
valde manus dñi. Philiſtijm interpretat̄
ruina: et ſignificat totū mundū: qui cadit
in duplici ruina. ſ. honoris et timoris dei.
q: modo in mundo nec deus timetur: nec
amatur. Malach. in. c. j. conquerit̄ deus
dicēs. Si ego ſum pr̄: vbi eſt honor me⁹?
et ſi dñs ego ſum: vbi eſt timor meus? Ali
qui dicūt deū non eſſe: vt inſipiens iuxta
illud pſalmiſte ps̄. lij. Dixit inſipiēs ī cor/
de ſuo nō eſt deus. Alij dicunt deum eſſe:
ſed cecum eſſe: et ſurdum eſſe: et ꝙ nō au/
dit paupes: nec viduas: nec oppreſſos cla
mantes ad eū. Cōtra iſtos clamat ad deū
ps̄. xciij. dicēs. Vſqꝫquo peccatores dñe:
vſqꝫquo peccatores gloriabunt̄? Effabun
tur et loquentur iniquitatē; loquētur oēs
qui operātur iniuſticiam? Populū tuum
dñe humiliauerunt: ⁊ hereditatem tuam
vexauerunt. Viduam et aduenam interfe
cerunt: et pupillos occiderunt. Et dixerūt
nō videbit dñs: nec intelliget deus iacob.
Intelligite inſipientes in populo: ⁊ ſtulti
aliqñ ſapite. Qui plantauit aurē ⁊c̄. Arca
dei iſrael eſt cor humanū: q: in eo reponi
debēt ſecreta dei et precioſa ac conſeruari
ſicut in arca. vnde Luc. viij. Vobis datū
eſt noſſe myſterium regni dei. Et ad lr̄am
in arca dei iſrael cōſeruabantur tria. Pri/
mo vrna aurea habēs māna: virga aaron:
tabule moyſi vbi precepta erāt ſcripta di/
gito dei. Sic in corde noſtro debet conſer
uari māna incorrupte dilectionis: virga
penitētialis correctionis ⁊ afflictionis: ⁊
precepta diuine inſtructionis. Sed quid
faciūt modo hoīes mundi? ſicut philiſtei
ponunt arcā dñi dei iſrael. i. cor ſuū iuxta
dagon qui interpretatur piſcis iniqu⁹: q:
omnes declinant ad iniquitates et mali/
cias et baraterias. et implet̄ illud Mat.
xxiiij. Superabundabit iniquitas: ⁊ refri
geſcet charitas multoꝝ. et ideo cōtra nos
grauiſſima eſt man⁹ dñi: et pauor mortis
eſt in ſingulis vrbibus vbiqꝫ et in quali/
bet vrbe moriūtur. ⁊ in valētia/barchino
na/ceſarauguſta/et in caſtella. Et cā eſt:
q: ponimus arcam dñi iuxta dagon. i. cor
da nr̄a/iuxta iniquitates et malicias: pro
pter qđ ſupplicat eccleſia ꝙ tēperet ⁊ dul
ceſcat iſtam penam ⁊ medicinam: quia eſt
magni timoris incuſſiua. Quis non time
bit cum audiat et videat mortalitates tā
frequentes: tam cōtinuas: ⁊ in tot locis/
et tam generales. ꝓpter qđ ſupplicat xp̄o
dicens. Contine manū tuam. aperi eā ad
mīam. nō claudas ad feriendum. q: ape/
riente te manum tuā: oīa implebūtur bo/
nitate. ſcribitur in ps̄. ciij.

Tertia pars.

¶ Dixi tertio ⁊ vltimo ꝙ
formatur ſupplicatio xp̄o per eccleſiā con
tra iſtam plagā: q: eſt ſuper miſeram ple/
bem importabilis oneris inductiua: ⁊ iō
dicit. ſufficit. Videmus ad litterā ꝙ quan
do nauis eſt in portu: et debet nauigare:
patronus bene ſuſtinet ꝙ nauis oneret̄:
ſꝫ qñ ſatis habet de onere: pre timore ſub
merſionis dicit. ſufficit. Quilibet noſtrū
nauis eſt ad paradiſum nauigās; ſed tātū

poſſet onerari tribulationibus ⁊ paſſioni
bus in hoc mari magno huius mundi: qr
ſumus de ligno fragili: immo de luto vili:
ꝙ frangeremur per impatientiam. Sic fe
cit helias cū perſequeretur durius et gra-
uiſſime per iezabel: fugit ⁊ dixit. Sufficit
mihi dn̄e: tolle animā meā. neqꝫ enim me
lior ſum ꝙ pr̄es mei. iij. Reg. xix. O quot
ſunt hoīes fragiles infirmi: qui dū leui tri
bulatione affliguntur: ſtatim murmurāt:
et impatientie verba et blaſphemias pro
ferunt contra deū: quanto magis pro gra
ui et tam dura tribulatione ſicut iſta: mul
ti frangerentur per impatientiam et blaſ-
phemiam. orat igitur eccleſia pro ceſſatio
ne iſtius plage: et dicit. ſufficit. Et nos cū
adiutorio ⁊ meritis eccleſie xp̄m oremus:
et deuote ei ſupplicemus dicendo cū bea
to philippo Joh. xiiij. Dn̄e oſtēde nobis
patrem. i. paternitatem/et ſufficit nobis.
quaſi ꝙ velimus dicere: eccleſia ſpōſa tua
ſupplicādo pro nobis: oſtēdit ad nos ma
ternitatem: et tu oſtēde nobis paternita-
tem: et ſufficit nobis. Nam dicit Greg. ſu
per Ezechie. homel. j. Plerūqꝫ paruulo fi
lio delinquēti iraſcit pater: increpat: ver-
berat. ſed hunc ſi in precipitium ire cōſpe
xerit: ne in mortis periculum ruat: manū
tendit et retinet: et quem ſic iratus verbe
rauerat: ac ſi non diligeret: ſic diligēdo re
tinet ac ſi iratus nō verberaſſet. Suppli-
cat igitur eccleſia pro ceſſatione iſtius pe
ſtis propter tria. ſcilꝫ

Primo quia per longum tempus fuit cō-
tinua: ideo dicit. Nunc contine.

Secundo quia eſt crudelis ⁊ valde dura:
ideo dicit. contine manum tuam.

Tertio quia eſt multum amara: ideo dicit
ſufficit.

Propter hec tria dicit eccleſia chriſto ſup
plicādo. ſufficit. nunc contine manū tuā.

¶ Sed dixi in principio ꝙ iſtud verbū fu
it dictum michaeli angelo percutiēti. Dic
hiſtoriā de numeratione populi a dauid.
Trium tibi datur optio: elige vnum quod
volueris ex his vt faciā tibi. Aut ſeptē an
nis veniet tibi fames: aut tribus menſibꝰ
fugies aduerſarios tuos: aut tribus die-
bus erit peſtilentia in terra tua. O miſeri
nobis non datur iſta optio: ſed totum ha
bemus. Finaliter dauid elegit peſtilenti-
am. ⁊ habetur in tex. ꝙ in iſtis tribus die
bus mortui ſunt de populo. lxx. milia vi-
rorū. Poteſtis inſuper cogitare quot mu-
lieres et paruuli mortui ſunt cum iſtis: qr
in numero illi non ponunt cōiter in lege.
et ſequitur. ꝙ cum extēdiſſet manum ſuā
angelus dn̄i ſuper hieruſalem vt diſperde
ret eam: dixit dn̄s angelo. ſufficit ⁊c. Iſte
angelꝰ ſm doctores/erat michael. ipſe eſt
enim executor diuine iuſticie. ⁊ ſm docto
res/ipſe intulit plagas egyptijs. Deꝰ ali-
quādo punit per bonos angelos: aliquā-
do per malos. nec eſt inſtantia niſi de illo
verbo pſalmiſte pſ. lxxvij. Immiſſiones p
angelos malos. qđ nō intelligitur quan-
tū ad ſuppoſitū: ſed quantum ad effectū.
Item hodie eſt feſtū michaelis ꝓpter hāc
cauſam: qr cū beatus Greg. papa propter
peſtem in ciuitate romana letanias maio
res inſtituiſſet: vidit ſuper caſtrū (quod
olim dicebat adriani moles) angelū dn̄i.
ſcꝫ michaelē: qui gladium cruentatū ter-
gebat: et in vaginam mittebat. vnde ſan-
ctus Gregorius intelligens preces a dn̄o
exauditas: eccleſiā in honorē angeloꝝ ibi
dem cōſtruxit: et vſqꝫ nunc caſtrum ſancti
angeli noīatur. Et ſic placeat altiſſimo ꝙ
ſic modo precepto dn̄i michael archange-
lus gladium diuine ſententie a ſanguine
mortalitatis tergat: ⁊ in vaginā reponat:
pro quo eū rogamus in themate dicētes
Sufficit: nunc contine manum tuam ⁊c.
Explicit ſermo. Deo gratias.

¶ Collatio coram epiſcopo.

Reuerendiſſime dn̄e/in xp̄o pater/et domi-
ne antiſtes egregie/por cō
uentus predicatorū huius
vniuerſitatis honorabilis
ville alcarij cum ſuorum cetu ſubditorum
corde deuoto et ſupplici ad veſtram acce-
dit dominationem ad tria.

Primo ad exhibendum obſequium reue-
rentiale.

Secūdo ad offerēdum munus quoddam
ſpirituale.

Tertio ad recommendandum collegium
filiale.

Prima pars.

¶ Pro expeditione bre-
uiloqua primi occurrit mihi verbū xp̄i di
cētis. Ego ſum paſtor bonus: et cognoſco
oues meas. Joh. in. c. x. ⁊ in euāgelio cur

renti ſm dñicā/reperitur exaratū:in qui/
bus verbis tria contēplor cognotata:que
veſtre nō immerito congruūt dominatio
ni:propter que debet ab omnibus humi/
liter revereri.
Primo ꝑpter gradus dignitatē: qꝛ pmit
tit.ego ſum.in pma parte thematis.
Scđo ꝑpter ſtatus ſanctitatē: qꝛ ſubiun
git.paſtor bon⁹.in ſcđa pte thematis.
Tertio propter vultus claritatem:qꝛ ſub/
infert.et cognoſco oues meas. in tertia
parte thematis.
Gradus dignitas eſt pmitiua:ideo dicit.
ego ſum.in prima parte thematis.
Status ſanctitas eſt pfectiua: iō ſequit.
paſtor bonus.in ſcđa parte thematis.
Vultus claritas eſt diſcretiua : ideo ſub/
infertur.et cognoſco oues meas.in ter/
tia parte thematis.
¶ Dico primo ꝙ veſtra reuerēdiſſima do/
minatio meret digne revereri ꝑpter gra/
dus dignitatē:que dignitas eſt pmitiua:
cū de ſe profert.Ego ſum.in prima thema
tis parte.Ego em̄ ſm rudimēta grāmati/
calia/eſt ꝓnomē prime pſone ⁊ primitiue
ſpeciei:et p ꝯñs dicit dignitatē ⁊ primita
tem.vñ ⁊ phs.ſ.poſterioꝝ prima pncipia
vocat dignitates.Sicut em̄ primatum et
dignitatē obtinet lux ſup corpora ſimpli/
cia.ignis ſuper elementa.aurū ſup metal
la.ſol ſuper planetas.carbūculus ſup la/
pides.cedrus ſuper arbores:ita dignitas
prelatoꝝ ſuper cūctas alias primitates ⁊
gradus honorabiles.vñ ad iſtud propoſi
tū in decretis diſt.xcvj.ca.duo ſunt. Duo
ſunt quippe imperator auguſte qb⁹ prin/
cipaliter hic mūdus regit.ſ. autoritas ſa
cra pontificū:⁊ regalis poteſtas.in qbus
tāto grauius eſt pōdus ſacerdotū: quāto
etiā ꝓ ipſis regibus hoīm in diuino ſunt
reddituri examine rationē. et ſequit ex di
ctis Ambro. Aurū non tam eſt precioſius
plūbo : ꝙ regia dignitate altior eſt ſacer/
dotalis ordo.honor enim ⁊ ſublimitas ſa
cerdotalis nullis poterit cōparationibus
adequari. Si em̄ regū fulgori cōpares et
principū diademati:lōge erit inferius:ꝙ
ſi plūbi metallū ad auri fulgorē cōpares.
quippe cū videas regū colla et principū/
genib⁹ ſubmitti ſacerdotū:⁊ oſculata ſuo
rū dextra orationib⁹eoꝝ credāt ſe excōica
ri vel muniri.hec ibi.Quia ergo dignitas
prelatoꝝ ſup alias dignitates hꝫ primita
tē:iō pōt dicere de ſe illud qđ ſcribit Ecci
xxiiij.Ego ex ore altiſſimi ꝓdij primogeni
ta ante oēm creaturam. hoc eſt ante oēm
aliā dignitatē. Qꝛ ergo dignitas regalis
eſt honorāda teſte principe apl'oꝝ.ſ.Pet.
ij.Deū timete:regē honorificate.a fortio/
ri ḡ dignitas pōtificalis tanꝙ dignior et
prior ⁊ melior eſt adoranda et reuerenda:
quam in vobis reuerēter veneramur dicē
tes. Sic honorabitur quēcūqꝫ rex.ſ.cele/
ſtis/voluerit honorare. Veſter in cap.vj.
Et hoc de primo.
¶ Dixi ſcđo ꝙ vr̄a metuendiſſima dñatio
meret digne revereri ꝑpter ſtatus ſctita/
tē:q̄ ſctitas eſt pfectiua: cū de eadē ſubiū
git in themate.Paſtor bon⁹.Status pa/
ſtoralis eſt ſtat⁹pfectionis ſctūs ⁊ bon⁹:q̄
cōſiſtit ī charitate ſm apl'm( ⁊ ſanctū do
ctorē.ij.ij.)Coloſ.iij.Sup oīa charitatē
habete:qđ eſt vinculū pfectionis.Ad quē
ſtatū ſm ſctm̄ doctorē.ij.ij.q.clxxxiiij.ar.
vj. in corpore/reqritur obligatio ꝑpetua
ad ea q̄ ſunt pfectionis cū aliqua ſolenni
tate.quoꝝ vtrunqꝫ cōpetit epis ⁊ plātis.
Epi em̄ obligāt ſe ad ea q̄ ſunt pfectionis
paſtorale aſſumētes officiū: ad qđ ptinet
vt aīam ſuā ponat paſtor ꝓ ouib⁹ ſuis:ſi
cut dr̄ Joh.x. ex quo depēdet bonitas pa
ſtoris teſtimonio xpī ieſu.Adhibetur eti/
am quedā ſolēnitas conſecrationis ſimul
cū ꝓfeſſione predicta: ſm illud.ij.Timo.
ſ.Reſuſcites grām dei:q̄ eſt in te p impo/
ſitionē manuū mearū.qđ glo. exponit de
grā epalí.vt Diony.dicit.c.v.eccleſiaſtice
hierarchie/ꝙ ſummus ſacerdos.i.eps in
ſua ordinatiōe hꝫ eloquioꝝ ſup caput ſan
ctiſſimā ſuperpoſitionem. vt ſignificet ꝙ
eſt participatiu⁹ ītegre toti⁹ hierarchice
virtutis.⁊ ꝙ ipe nō ſolū ſit illuminat⁹ oī
bus que ptinēt ad ſanctas elocutiones ⁊
actiones:ſꝫ ꝙ etiā hoc alijs tradat.Quia
ergo plati ſunt in ſtatu pfectionis: q̄ ē ſta
tus ſctītatis ex deo etiā ſi ſint mali:debēt
honorari inquātū gerūt pſonā dei ⁊ cōita
tis cui preficiunt.ideo in eis de⁹ ⁊ cōitas
honorat. Et ſi mali plati ſunt honorādi:
a fortiori boni honorādi ſunt et reuerēdi.
Inquit em̄ apl's.ſ.Timo.v.Qui bene pre
ſunt preſbyteri: duplici honore digni ha/
beant. Honore inquit duplici.vno qꝛ pre
ſunt:et hic refert ad ſtatū.altero v̄o qꝛ bñ
preſunt:⁊ hic refert ad ꝓpriā virtutē.Qꝛ
etiā vr̄a metuendiſſima dñatio ⁊ preeſt: ⁊

bene preeſt: honore duplici/et gemina reuerētia eſt adorāda. Hinc eſt ergo ꝙ propter ſtatus ſctītatē: ꝛ ꝓpter operis ꝓbitatē veſtrā in preſenti veneramur maieſtatē: imprecātes vt ei ſit honor ꝛ imperiū ſempiternū. j. Timo. in. c. vj. Et hoc de ſcdo.

¶ Dico tertio ꝙ veſtra metuēdiſſima dñatio meret digne revereri ꝓpter vult⁹ claritatē: q̄ eſt diſcretiua: cū ſequitur. Cognoſco oues meas. in tertia thematis parte. Vultus em̄ eſt nobilior pars capitis: vbi ſenſus tāꝙ in fonte ꝑncipaliter vigēt: ex quorū cognitione intellectiua orit cognitio ſm pħm: que q̄dē cognitio illuſtrat ꝛ perficit ꝑ ſciētie donū: qua ſplendere debēt prelati: ita vt noticiā habeāt noui ac veteris teſtamēti: q̄ in cornib⁹ mitralis ornatus optime deſignat: vt per hāc vultū ſui pecoris diligēter agnoſcāt: ſuoſqꝫ greges cōſiderēt: vt eis precipitur Prouerb. xxvij. cū ait. Diligēter agnoſce vultū pecoris tui. Hac virtute. ſ. ſapiētie ꝛ cognitionis/prelatus reddit honore dign⁹: vt inquit ſapiēs Eccli. xxxvij. Vir ſapiēs plebē ſuā erudit: ꝛ fructus ſenſus illius fideles ſunt. et ſequit paulopoſt. Sapiens in populo hereditabit honorē: ꝛ nomē illi⁹ erit viuēs in eternū. Quia venerādiſſime pater cōſtat vos eſſe nō ſolū ſcientē: ſed etiā ſapiētē: et dono ꝑclare ſciētie relucētem: que habētē reddit virtuoſum: ꝛ ꝑ ꝯñs honore dignū. qꝛ honor eſt ꝑmiū virtutis. in iiij. Ethi. Hinc eſt ꝙ cū pplo hui⁹ honorabilis vniuerſitatis ad veſtrā paternitatē clamam⁹ dicentes. Tu glīa hierlm: tu leticia iſrael: tu honorificētia populi nr̄i. Judith in. c. xv. Et hoc de tertio: et ꝑ ꝯñs de primo principali: vbi dixi ꝙ prior accedit ad veſtrā paternitatē ad exhibēdum obſequium reuerentiale.

Secunda pars.

## ¶ Sed dixi ſecūdo principaliter

ꝙ prior cōuentus ꝛc. accedit ad offerendū mun⁹ q̄ddā ſpūale. Scriptū eſt em̄ Exo. xxiij. ꝛ. xxxiiij. ꝛ Eccli. xxxv. Nō apparebit q̄s ante cōſpectū dñi vacu⁹. Hinc eſt ꝙ prior cū ſuis fratrib⁹ tāꝙ pauperes in peculio: quib⁹ nō eſt argētū: nec aurū: offerunt vr̄e do. ſacrificia q̄ offerent ſingulis ferijs tertijs de btō dñico pr̄e noſtro ꝑ annū: cuius meritis ꝛ precibus ieſus xp̄s nos iūgat celi ciuibus. Amen.

Tertia pars.

## ¶ Dixi tertio ꝙ prior accedit

ꝛc. ad recōmendādū collegiū filiale. Nos reuerēdiſſime pr̄/ſumm⁹ filij (lꝫ indigni) btī dñici. habem⁹ patrē in celis: cui nos iugiter cōmēdamus di. Pie pr̄ dñice tuoꝝ memor operū ꝛc. Habem⁹ vos pr̄eꝫ in terris ꝛ iure nois ꝛ amoris. eſtis enim dñicus q̄ſi dñi cuſtos. cuſtodiat ḡ vr̄a do. ſuos filios ſub vmbra alarū ſuarū ꝓtegēdo amore paternali hic per gratiam: ꝛ in futuro per gloriam. Amen.

¶ Collatio coram rege.

Illuſtris princeps: magnifice dñe: ac ſuictiſſime rex: teſte btō Hiero. ī q̄dā epl̄a. Vbi honor nō ē: ibi ꝯtēpt⁹: vbi aūt cōtēpt⁹: ibi frequēter iiuria: vbi ṽo iniuria: ibi ꝛ idignatio: vbi idignatio: ibi q̄es nulla: ibi mēs a ꝓpoſito ſepe reijcit. hec ille. Hinc ē ſereniſſime ꝑnceps/ꝙ vr̄i fideles et ſubditi ꝑor ꝛ fratres ꝯuēt⁹ ꝑdicatoꝝ alcanicij: ne regiā maieſtatē videant ꝯtēnere: ex q̄ ipa poſſet merito indignari ꝑ exoluēdo debito honoris ꝛ reuerētie: ad eādē accedim⁹ flexis genib⁹ perorādo ꝛ dicēdo cū Neemia ꝓpheta. Rex in eternū viue. Neemie in. c. ij. originalr̄ ṽbū ſcribit ꝑ meſumptū. ī q̄ ṽbo ſereniſſime rex ac magnifice ꝑnceps/nos tāꝙ fideles ſubditi lōgitudinē dierū veſtre maieſtatis peroptantes: duo facimus.

Primo confitemur veſtram excellentiam ꝛ altam dignitatē cum dicimus. Rex. in prima parte thematis.

Scdo imprecamur veſtrā permanentiā ꝛ perpetuitatē: cū ſubiūgimus. in eternū viue. in thematis ſecunda parte.

Excellēs dignitas merito dꝫ honorari: qꝛ rex: in prima parte thematis. Deū timete: regē honorificate. j. Pet. in. ij. c.

Permanēs ꝑpetuitas dꝫ etiā deſiderari. ī eternū viue. ī themat ꝑte ſcda. Plaudētes man⁹ dixerūt. Viuat rex. iiij. Reg. xj.

Prima pars.

## ¶ Dixi ꝑmo ꝙ in verbis

themat ꝑaſſumpti/nos tāꝙ fideles ſubditi ꝯfitemur vr̄am excellētiā/ꝛ magnā dignitatē: q̄ meret honorari: cū dicim⁹. rex. in ꝑma parte thematis. Sereniſſime ꝑnceps/ꝙꝙ regie dignitati plib⁹ ex cauſis

debetur honor ⁊ reuerētia: vnā tamen in
preſenti intendo deducere ꝓpter quā me
remini ab oībus reuereri: quā fundo ī di-
cto philoſophi in. v. ethicoꝝ. c. vij. vbi ſic
inquit. Quilibet tenet dare ei mercedem
qui pro ſe laborat: ſed pīceps laborat ꝓ
tota multitudine: igit dāda eſt ei merces
ab illa. Hec merces eſt reuerētia ⁊ honor:
quē tenētur de iure et ratione impēdere:
qđ ſi non fieret: eſſet durū ⁊ intolerabile.
Graue quippe nimis eſt vt fructu labo-
ris ſui fraudet induſtrius: et malorū om
nium ꝓbatur exordium: vt inde quis co-
gatur detrimenta ſuſcipe: vñ credebat au
xilia prouenire. Ideo tribuēda eſt iuſtis
cōpēſatio meritoꝝ: qꝛ exprobrata militia
credit: ſi irremunerata tranſit. athletam
populis palma deſignat eſſe victorē: ſu-
dores bellicos ticta corona teſtat. verba
ſunt Caſſiodori lib. v. variarū epl'arum.
Conſtat autē inuictiſſime princeps: et oī-
bus clare liquet: veſtrā regiam maieſtatē
ꝓpter gloriā et honorē corone regni ara-
gonū tam in mari: ꝙ̄ in terra: ī neapoli: ⁊
caſtella magnos ⁊ varios pertuliſſe labo
res etiā giganteis humeris formidādos:
vt iam merito in laboribꝰ audaciſſimo mi
liti herculi valeat comparari: qui. xij. ma
gnos et terribiles pertulit labores: de q̄
ſic inquit Boetiꝰ. iiij. de cōſol. metro. vij.
Herculem duri celebrāt labores: Ille cen
tauros domuit ſuperbos: Abſtulit ſeuo
ſpoliū leoni: Fixit et certis volucres ſagit
tis ⁊c. Quia ergo veſtra regia maieſtas
tam duros ꝓ republica pertulit labores
in premiū eſt ab oībus ſubditis adorāda
laudāda ⁊ manifeſtāda: exēplo ioab: qui
volēs honorē regis dauid ampliare: no-
luit capere vrbē: ne honor victorie ſuo no
mini aſcriberet. ij. Reg. xij. exēplo illius
eximij militis enee: qui volens honorare
laudare ⁊ manifeſtare vel magnificare re
gem ſuū: ſicut recitat virgiliꝰ lib. j. eneiđ.
recitans ꝟba militis ait. Rex erat eneas
nobis: quo iuſtior alter Nec pietate fuit.
nec bello maior et armis. Quia ergo ho-
nor et reuerētia regie maieſtati impēden
da/eſt premiū et merces laboris. Ut em̄
dicit apl'us. j. ad Timothe. v. c. loquēs de
prelatis q̄ ſunt honorādi. Qui bñ p̄ſunt
preſ byteri duplici honore digni habean
tur maxime qui laborāt in verbo ⁊ doctri
na. Hinc eſt ꝙ iure debiti ad eā offerendā

obligamur iuxta dictū eiuſdē apoſtoli lo
quētis de principibus ⁊ regibus ⁊ dicen
tis. Reddite oībus debita: cui tributū tri
butum: cui vectigal vectigal: cui timorē
timorē: cui honorē honorem. Roma. xiij.
Hunc ergo honorē ⁊ reuerentiā prout de
bito fidelitatis tenemur: flexis genibus
exhibētes ſubiectionē noſtrā fidelem ꝓfi
temur: dicētes. Rex nr̄ eris: ⁊ ſubijciemur
ditioni tue. Geñ. xxxvij. Et hec de p̄mo.

Secunda pars.

¶ Dixi ſecūdo ꝙ in ver-
bis premiſſis imprecamur veſtrā perma-
nentiā ⁊ perpetuitatē: que merito eſt op
tanda: cum dicit. in eternum viue in ſecū
da themat parte. Uita regis ſereniſſime
pīceps ab oībus ſubditis eſt exoptāda:
Cuius ratio eſt. quēadmodū em̄ videmꝰ
ꝙ in corpore naturali mēbra ſingula de
appetitu quodā nature/capitis conſerua
tionē et vitā optant: et ideo qꝛ caput mē
bris oībus eſt ſuperpoſitū: ⁊ eſt omnium
regitiuū: et in ſublime erectum: ⁊ ſenſibꝰ
omnibus dotatum: ⁊ ſingulari venuſtate
effigiatū. ſm em̄ ꝙ dicit Ambroſiꝰ hexa-
meron. vj. cap̄. vlti. Caput (inq̇t) ſup re-
liquos artus noſtri corporis cernimꝰ emi
nere: preſtātiſſimūq; oīm tanꝙ̄ ſupra ele-
menta celū: tanꝙ̄ arcem inter reliqua. vr
bis menia. In hac arce regalē quandam
dicimus habitare ſapientiā. ſcribitur em̄
Eccl's. ij. Oculi ſapientis in capite eius.
Hanc eſſe ceteris tutiorem: ex illa oībus
mēbris vigorem ꝓuidentiamq; deferri.
Quid em̄ validitas lacertoꝝ: quid veloci
tas pedum: niſi capitis velut pīcipis ſui
īperialis adminiculet poteſtas. ex hoc vt
ait ibidem: aut deſtituūtur vniuerſa: aut
oīa fulciūtur. hec ille. Ex hoc ergo ꝙ om-
nia membra a capite reguntur: iđ omnia
tanꝙ̄ principi obtēperant. et deſeruiunt
et per conſequens eius permanentiam ⁊
vitā deſiderāt. Sic in propoſito reſpubli-
ca ſm plutarchū eſt corpꝰ quoddā qđ di
uini muner bñficio animatur: ⁊ ſumme
equitatis agit nutu: et regit quodā mo-
deramine rōnis. In hoc corpe politico re
gni aragoni vos ſereniſſime p̄nceps eſtis
caput. Dicit em̄ Hugo de ſacramēt li. v.
par. ij. ⁊. c. viij. Terrena ptās caput hab
regem: ſpiritualis ſummum pōtificem: et
ideo de vobis poteſt intelligi illud qđ ſcri

bitur.j.Regū.xv. Cum eſſes paruulus in oculis tuis: caput in tribubus factus es. Uobis ergo sereniſſime princeps/ oīa mēbra reipublice tanq̄ capiti debēt ancillari.quod nobis Ambro.vbi.ſ. exemplo demonſtrat dicens. Uideas enim imperatori ſuo ſingula membra gratuito ſtipendio militare. alia poſcunt:alia defendūt:alia vel miniſterium ſuum exhibent:parent vt principi:ancillātur vt deo.hec ille. Sicut ergo membra reipublice tenētur ſuo capiti deſeruire:ſic tenentur eius vitā glorioſam exoptare:cum ex vita principis:ſalus dependeat populi. Rex ſapiens ſtabilimētū populi. Sap.in.c.vj. Nos ergo qui ſumus membra huius corporis politici: vitam capitis peroptamus:ex quo depēdet ſalus noſtra. Hinc eſt φ dicimus in secūda parte thematis.in eternū viue.Ex quo noſtrū thema poteſt redargui nō immerito:cum hoīs corruptibilis optemus eternitatem:quod nature repugnat et diuine iuſticie et equitati.Ad quod poteſt reſpōderi φ in themate optamus dn̄i noſtri regis vite ſpiritualis perpetuitatem hic per gratiam:per quam anima viuit: et in futuro per gloriā: Aliter dicendū φ q̄q̄ homo ſit mortalis et corruptibilis per naturā in diffinitione enim hoīs ponitur mortale. habuit tamen homo in ſtatu innocētie immortalitatem:quia poterat nō mori. Huius mortalitatis ⁊ ppetue vite erat duplex cā.vna abintra:alia abextra.Cauſa abintra fuit ordinatio anime ad corp⁹: que manebat q̄diu anima non ſeparabatur a ſua vita.ſcȝ deo. que quidem ordinatio ſm doctores/vocatur iuſticia originalis.pſ̄.xxix. Ira.i.mors/in indignatione: et vita in volūtate eius. Cauſa abextra lignum vite fuit: quod naturaliter hūc habuit effectū: vt qui ex eius fructu comederet:corpus eius ī ſtabili ſanitate firmaretur:nec vlla infirmitate per etatem in deterius laberetur. Hanc ergo immortalitatem:et vite corporalis perpetuitatem per peccatum perdidit primus homo per etatem:et ideo poſt peccatum dixit deus. Ecce adā quaſi vnus ex nobis fact⁹ eſt ſciēs bonum et malum. Nūc ergo ne forte mittat manū ſuam et ſumat etiā de ligno vite et comedat:⁊ viuat in eternū.ideo eiecit eum de paradiſo. Et ex hoc oēs hoīes perdiderūt corporalis vite perpetuitatē, et ideo propheta dauid loquens de ſtatu nature lapſe dixit in pſ̄.lxxxviij. Quis eſt homo qui viuet: ⁊ non videbit mortem: eruet aīam ſuā de manu inferi: q̄ſi dicat nullus. Quia ergo vita veſtra sereniſſime princeps/non pōt eſſe eterna: nec perpetua:dixit em̄ Job. Homo natus de muliere breui viuēs tēpore. Job.xiiij.et qȝ eternum ſepe in ſacra ſcriptura non p perpetuo:ſed pro magno tēpore ſumit:vt ī pluribus locis ptȝ: hinc eſt φ in nr̄o themate longitudinē dierum veſtre regie maieſtati optamus:vt de nobis tandē verificetur qđ ſcribitur.ij.paralip.xxiij. Imprecati ſunt.ſcȝ fratres p̄dicatores:atq̄ʒ dixerūt. Uiuat rex Alfonſus. magno ſcȝ tpe. Ut ergo sereniſſime princeps/noſtrū iuſtum deſideriū compleat: et veſtra regia maieſtas magno tēpore et pſpere viuat: quia ergo ſcriptū eſt Exo. xxiij.et. xxxiiij. ⁊ Eccl̄i.xxxv. Nō apparebit quis in conſpectu dn̄i vacuus. ideo in ſubſidiū et adiutoriū conſeruationis vite veſtre/offerimus vobis non aurū: nec argentū:qȝ nō eſt nobis:ſed vnguēta quedā ſpiritualia: que interdū preſeruant a morte: ⁊ vitam cōſeruant. ⁊ iſta vnguenta ſunt or̄ones. Et quia vr̄a regia maieſtas afficitur deuotione ad patrē noſtrum beatū Dominicū ideo offerimus vobis oēs miſſas que de beato dn̄ico pr̄e noſtro ſingulis tertijs ferijs celebrabūtur in cōuentu: vt tandem meritis beati dn̄ici/et precib⁹ noſtris mediātib⁹/veſtra maieſtas regia dicere poſſit cū propheta in pſ̄.cxvij. Nō moriar ſcȝ in iuuētute:ſed viuā.ſ.in ſenectam et ſenium:⁊ narrabo opa dn̄i hic per gratiā: et in futuro per gloriā. Et ſic explicit.

¶ In proceſſione pro rege veniente vel in receptione regis. Sermo.

Ece princeps vnus. Matth.ix. Reuerendi domini pceſſio hodierna facta eſt ppter tria. videlȝ Primo p ſalute et cōſeruatione regie maieſtatis.

Scđo pro negocioꝝ eius directione.

Tertio p iocūdo et optato aduētu eius.

Ideo vt deus ſua pietate/et mīa eum in ſua gr̄a et ſanitate conſeruet: a periculis liberet et defendat:ſanū et incolumē huc pducat meritȝ ſanctoꝝ et or̄onib⁹ populi

ſui regni:ideo ad recõmendationē domi-
ni noſtri regis ſumpſi thema prelibatū.
Ecce princeps vn9. In pſenti ſermone dñi
nri/erunt duo articuli declarandi iuxta
duas particulas thematis prelibati. vi-
delicet.

Primus tractabit de vna magna dignita
te in qua pluribus virtutibus eſt orna-
tus. iuxta primā partē thematis: quia
princeps.

Secūdus tractabit de vno amore et cha
ritate per quā ſuo regno eſt alligatus.
iuxta ſcđam partē thematis:q2 vnus.

Quia ꝟtutibus eſt exornat9:debet hono-
rari.q2 princeps:iuxta primū.

Quia cum ſuo regno eſt ligatus:debet a-
mari:quia eſt vnus cū ſuo regno: iux-
ta ſecundū.

Modo ſic eſt:dñs noſter rex ꝟtutibus eſt
ornatus in ſua ſublimi dignitate:q2 prin
ceps iuxta primū.Cum ſuo regno eſt liga
tus per amorē et charitatē: q2 vnus cum
eo:iuxta ſecundum.concludit thema pre
aſſumptum.

Prima pars.

## ¶ Dico primo ꝙ pmus

articulus tractabit de vna magna digni-
tate ⁊c.Circa hoc notādū ꝙ in ſacra ſcri-
ptura reperio q̄ttuor principatus.videlꝫ

Primus pricipatus eſt eternalis oī glo-
ria conſummatus.

Secundus principatus angelicalis ſerui
tio ordinatus.

Tertius principatus humanalis virtuti-
bus bene regulatus.

Quartus principatus infernalis om̄i tor
mentoꝝ genere pturbatus.

¶ Primus pricipatus eſt ſumm9 ⁊ diſpo
ſitus diuina iuſticia.Secūdus principa-
tus ſcꝫ angelicus eſt bon9 confirmat9 in
gratia. Tertius principat9 eſt humanus
medius fundatus in iuſticia ⁊ clementia.
Quartus principatus eſt obſtinat9 ī ma-
licia. De primo pricipatu.j.ad Timo.vj.
Rex regum ⁊ dñs dominantiū:qui ſolus
habet immortalitatē: et lucem habitat
inacceſſibilem. ⁊ Apoc. j. Qui eſt primo-
genitus mortuoꝝ:⁊ princeps regū terre.
De ſecūdo dr Daniel.x. Michael vn9 de
primis principibus ⁊c.De tertio.j.Reg.
xiij. Factus eſt dauid princeps ſuper po-
pulum iſrael.De quarto dicit Luc.xj. In
beelzebub principe demonioꝝ ⁊c.De ter-
tio ergo principatu:qui facit ad ꝓpoſitū
intēdo breuiter pertractare.In quo qui-
dem principatu dixi ꝙ princeps debꝫ vir
tutibus ornari ⁊ decorari.Et licꝫ pricepꝯ
multis virtutib9 debeat adornari: tamē
inter has debet ſpecialiter et principali-
ter tribus virtutibus predotari.

Primo debet eſſe ſapiens et intelligēs.

Scđo debet eſſe pius et clemens.

Tertio debet eſſe iuſtus et iuſticiam ma-
nutenens.

¶ Primo dico ꝙ princeps ſiue rex dꝫ ⁊c.
vñ dicit Uegetius de re militari. nullum
opꝫ magis vtilia vel plura ſcire q̄ꝫ princi
pem:cuius doctrina oībus poſſit prodeſ-
ſe ſubiectis.Unde dicit pħus.iij.politice
vij.c.Prudentia eſt propria virtus princi
pis. Talis prudentia eſt in dño noſtro re
ge.Hic que egit ad hec pertinētia:vt me-
rito de eo dicā.Rex ſapiens ſtabilimentū
populi ſui.Sap.vj.Tu dñe mi rex ſapiēs
es.ſicut habet ſapientiā angelus dei; vt
intelligas oīa ſuper terrā.ij.Reg.xiiij.

¶ Secundo rex debet eſſe ⁊c.vñ Seneca
lib.j.de clemētia ad Nerone. v.c. ſic dic.
Nullum ex omnibus clementia magis q̄ꝫ
regem et principē decet.Ideo dicit. Non
minus ſunt turpia principi multa ſuppli
cia: q̄ꝫ medico multa funera. Iſta ꝟtus
clemētie pleniſſime abundat in nro prin
cipe et dño noſtro rege.Licꝫ in iſto regno
fuerunt multi nobiles milites barones ⁊
alij diuerſoꝝ ſtatuū et officiorum/in mul
tis culpabiles erga regnū ⁊ regiā maieſta
tem:tamen crudelitate aut īpietate nūq̄ꝫ
vſus eſt. vnde merito de eo dicere poſſu-
mus illud Prouer.xx.Miſericordia ⁊ ve-
ritas cuſtodiunt regem: et roboratur cle-
mentia thronus eius.

¶ Tertio princeps debet eſſe ⁊c.vnde.Au
guſtinus.ij.de ciui.dei. xxj. cap. tractās
de ipſa iuſticia concludēdo dicit ſic. Hoc
veriſſimū eſt ſine ſumma iuſticia rem pu-
blicam regi non poſſe. Remota enim iu-
ſticia:vt idem dicit lib.iiij. c. iiij.q̄d ſunt
regna niſi magna latrocinia. iō ſm̄ Iſi-
dorum.ix.etymologiarum.iuſticia virtus
regia merito nūcupatur.Iſta iuſticia be-
ne vtitur dominus noſter rex. quis enim
cuſtodit tuas hereditates?quis tua peco
ra cōſeruat?quis mercimonias defendit?
quis bona tibi procurat? quis tibi mala

vitat⁹ quis tibi vitam prolōgat: niſi eius
iuſticia. vt merito de eo dicā illō Prouer.
xxix. Rex iuſtus erigit terram ſuā. Et ſic fi
nitur primus articulus: in quo dixi ꝙ tra
ctarē de vna alta dignitate: q꜡ princeps.
vt merito pro ꝯcordantia dicat illud. Sū
princeps exercit⁹ domini. Joſue. v.

Secunda pars.

¶ Dixi ſecundo ⁊ princi
paliter quia ſecundus articulus diceret
de vno amore ⁊ charitate quia eſt vnus
ſcꝫ cū regno ſuo. Scdm Plutarchū i epi
ſtola ad Traianū imperatorē. tota reſpu
blica eſt ſicut vnū corpus: et licꝫ vnū cor⸗
pus in multa membra diuidat̄: tamē ꝺm
apoſtolum/oīa corporis membra: cū ſint
multa: vnū corpus ſunt. j. Corinth. xij.
Sic recte in propoſito: licꝫ in iſto regno
ſint diuerſe et multe perſone: et multi ſta
tus diſtincti: et precipue tres ſtatus prin
cipales. videlꝫ eccleſiaſticus: militaris:
agricultores. cuius caput eſt princeps et
rex noſter deus: et populi ſecularis. tamē
hi tres vnū ſunt. j. Johā. v. et iſtam vni⸗
tatē inter iſtos tres ſtatus et perſonas/
inducit amor et charitas. Vn̄ Dionyſius
lib. iiij. de diuinis noībus ſic inq̄t. Amor
habet quandā vim vnitiuā/excitatiuā/⁊
transformatiuā: que non permittit ama⸗
tores ſuiſpſius eſſe: ſed amatoꝝ. hec ille.
Et iſto modo princeps ⁊ dn̄s noſter rex d꜡
vnus cum ſuo regno per amorem et cha⸗
ritatē. Unus gradu et excellentia: q꜡ rex.
Eccl's. iiij. Unus eſt: et ſcdꝫ non hꝫ. ſcꝫ ſu
pra ſe: q꜡ necꝫ imperatorē: necꝫ aliū. vn⁹
perfecta amicitia: q꜡ etſi dicatur karolus
poteris ſic dicere. ſcribitur em̄ cuꝫ littera
k. ſicut karitas: ideo karolus īterpretat̄
karitatis lux ſiue kara lux et hoc recte et
ꝓprie. littera em̄ k. habet primā lineam
longam tendentē ſurſum verſus celum li
gatam duobus titulis: ad denotandū ꝙ
charitas perfecta. primo debet dirigi ad
deum. ſcdo ꝯo ad proximum. Et iſta ta⸗
lis charitas eſt in domino noſtro rege.
Primo em̄ charitatē ſuā dirigit ad deum
per deuotam contēplationē. Dic de eius
deuotione in horis: et ideo eſt vnus cum
deo: q꜡ qui adheret deo: vnus ſpūs eſt. j.
Cori. vj. Secūdo charitatē ſuam dirigit
ad proximū ad liberandū a pena et affli⸗
ctione. Dic quomodo propter amorē quē
habet ad ſuū regnum: ſe expoſuit pericu⸗
lis: ſicut vis et expedit. Recepit em̄ conſi
lium qd̄ datur Eccli. xxxij. Rectorē te po⸗
ſuerunt: noli extolli: eſto in illis q̄ſi vnus
ex ipſis. Ita ꝙ in toto regno inter tot mi
lia hoīm/non reperitur ſimilis ei in tali
amore: ꝓpter quod regnū poteſt dicere il
lud de eo quod ſcribitur Eccl's. vij. Virū
de mille vnū repperi. Et ſic finitur ſecun⸗
dus articulus: in quo dixi ꝙ cōcluderem
de vno amore ⁊ charitate: vt ſic merito ꝓ
vltima ⁊ finali concordantia dicat̄ de eo
illud Ezechiel. xxxvij. Rex vnus erit om⸗
nibus imperans ⁊c. ideo dicatur et cōclu
datur. Ecce princeps vnus. que fuerunt
verba thematis. Ad quam gloriam ⁊c.

Finis iſtius partis.

Venerabilis Santij de porta/
ordinis predicatorū/ſacre pa⸗
gine ꝓfeſſoris digniſſimi: nec⸗
nō verbi dei enūciatoris accu⸗
ratiſſimi/ſermones de ſanctis/
cum quibuſdā collationibus ꝓ
defunctis: ac nōnullis peccato
rum figuris nō contēnende le⸗
ctionis/optatum hic ſortiūtur
finem: impreſſi in famatiſſimo
Lugdunen̄. emporio: opera et
induſtria probi viri Johannis
Cleyn Alemāni bibliopole atqꝫ
calchographi: Anno Domini
Milleſimo quingēteſimo deci
motertio. ꝓdie Kal'. Januarij.

Regiſtrum huius partis.
A B C D E F G H
I K L M N O P.

Omnes ſunt quaternio⸗
nes: preter P duernū.

LIOTEC
CANADA

Frater Fernandus

5

Nº Caja
C-32